Α πνα τὰ φαρμακα σεὸς τὸν ἀρχοῦ φλεγμονὸν, καὶ ἐκπώσιον, καὶ τὸ αἷματος, καὶ ἰχῶρος ῥοῦσιν, καὶ σεὸς ὃ ὑγροῦ πλῆθος, καὶ τὸ ὀδυνίω σεσγλύφαφε, τὰς τέτων δυναμίας αὐοίγ.

ΤΟύτων τὰ μὲν καταπλασμάτων, τὰ μὲν λύχνητα κωλύῃ ῥεῖν, τὰ δ μαλθάσσοντα καὶ θερμαίνοντα, διαχεῖν. τὰ δ εἰς ἑαυτὰ ἕλκοντα, ξηραίνῃν καὶ ἰσχναίνῃν. τῦτο δ ὃ νόσημα γίγνῃ, ὅταν χολὴ καὶ φλέγμα ἐς τὸς τόπος καταγηλέξῃ. ἀρχοῦ δ φλεγμήναντος διαχρίειν τῷ φαρμάκῳ, ὅπῃ ἢ ῥηπίνῃ καὶ ὃ ἔλαιον, καὶ ὁ κηρὸς, καὶ ἡ μολύβδαινα, καὶ ὃ σέαρ ὡς θερμότατον, διεῤῥῆχθαι, καταπλάσσεσθαι.

CAPUT XII.

Quæ medicamenta adversus ani inflammationem, procidentiam, sanguinis & saniei fluxum, humoris copiam & dolorem præscripsit, eorum facultates aperit.

EX his cataplasmatis quæ refrigerant, fluxum prohibent; quæ vero molliunt & calefaciunt, discutiunt; quæ ad se trahunt, siccant & extenuant. Nascitur autem hic morbus, quum bilis & pituita ad ea loca decubuerint. Anum autem inflammatam inungere oportet medicamento quod resinam, & oleum, & ceram, & plumbaginem, & adipem accipiat. Hac calida liquata cataplasmate imponuntur.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΠΕΡΙ ΑΙΜΟΡΡΗΟΙΔΩΝ
ΒΙΒΛΙΟΝ.

HIPPOCRATIS
DE HÆMORRHOIDIBUS
LIBER.

Η ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Η τῶν αἱμορροΐδων γένεσις, ἡ διάγνωσις, καὶ θεραπεία διὰ πολλῶν τρόπων τελουμένη.

ARGVMENTVM LIBRI.

Ortus hæmorrhoidum, dignotio, & curatio variis modis celebranda.

CAPUT I.

Hæmorroidum ortus, ac dignotio.

HÆmorrhoidum morbus hoc modo nascitur. Quum bilis aut pituita ad recti intestini venas decubuerit, sanguinem his in venis calefacit, calescentes autem venæ sanguinem ex proximis venis trahunt, eoque impletæ interiorem recti intestini pattem in tumorem attollunt, venarumque capita superB eminent, quæ dum partim à stercore exeunte comprimuntur, partim à sanguine coacervato perrumpuntur, sanguinem ejaculantur, idque potissimùm unà cum stercore, interdum verò absque stercore.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α'.

Η τῶν αἱμορροΐδων γένεσίς τε καὶ διάγνωσις.

ΑΙμορροΐδων ὁ μὲν νόσημα. ὧδε γίνεται. Ἐὰν ἢν χολὴ, ἢ φλέγμα, ἐς τὰς φλέβας τὰς ἐν τῷ ἔντερῳ κατακεῖσθαι, θερμαίνει τὸ αἷμα τὸ ἐν τοῖσι φλεβίοισι. Θερμαινόμενα δὲ τὰ φλέβια ὑπισπᾶται ὧν τῆς ἔντασι φλεβίων τὸ αἷμα, καὶ πληροῦται ἐξοιδέον τὸ ἐντὸς τοῦ ἔντερου, καὶ ἀναβρύσιον αἱ κεφαλαὶ τῶν φλεβίων, ἢν μὲν ὑπὸ τοῦ κόπρου ἐξιούσης φλασθῶσι, αἷμα ἢ ὑπὸ τοῦ αἵματος ἀναῤῥηγνυμένου βιαζόμενοι, ἐξακοντίζουσιν αἷμα, μάλιστα μὲν ξὺν τῇ ἀποπάτῃ, ἐνίοτε δὲ χωρὶς ἀποπάτου.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Πρώτη τ αἱμορροΐδων θεραπεία καῦσαι, ἢ τῇ χειρουργίᾳ χρωμένῳ, καὶ τοῖς σιδηρίοις διαφαίνειν, καὶ τῇ κατάρσει, καὶ τῇ περιστάσει τ κάμνοντος θύειν, καὶ τοῖς περισπασμοῖς σιδηρίοις, καὶ τοῖς μὴ τ καῦσιν ἐπικοῖς, καὶ ὑπο-δέσμοις τελευτῶν.

Θεραπεύειν δὲ δεῖ ὧδε. Πρῶτον μὲν ὑπάρχειν εἰδέναι, ἐν οἵῳ χωρίῳ γίνονται. Ἀγχοῦ γὰρ, καὶ διαῶν τόμων, καὶ ἀποπάσεων, καὶ φλεγμονῶν ἀπάντων, καὶ δέων, καὶ ἀσπόντων, ταῦτα γὰρ δυκεῖ θανάσιμα εἶναι. ἔπειτα δὲ ἀπὸ σίνοιο. Ἀδιαπνευστίαι σαθραὶ ἢ κελεύω ἔσεσθαι ἢ ὀκτὼ σάρκες, ἀσθμαίνειν δ μέγεθος, πάχος ἢ, ὡσεὶ μήλης παχείης, ἓξ ἄκρου τ κατακεκμῆναι, καὶ ὅτι ἐξ ἄκρου πλατὺ ἔτω, ὡς ὅτι ὀβολοῦ μικροῦ. περιτεθῆσθαι δὲ φαρμάκῳ τῷ φερομένῳ, ἀπὸ τῆ ἢ ἀπὸ βατραχρέης καῦσαι, ἀσκάνινα τ ἀνδρεῖον ὑπόπιον, καὶ περισφαίριον ὑπὸ τ ὀσφῦν ὑπανθεῖς. ἐξαναγκάζειν ὡς μάλιστα τοῖσι δακτύλοισι τὸν ἕδρον ἔξω. ποιέειν ἢ καὶ ἁφαιρέειν τὰ σάρκεα, καὶ κάμνειν ἕως ἂν ὑπεξενεγκέῃ, ἢ ὅκως μὴ ὑπομένῃσι. κάμνειν ἢ ἢ μηδὲν μέλλει ἔσεσθαι ἄκαυσον τῶν αἱμορροΐδων, ἀλλὰ πάσας ὑπακαῦσαι. γνώσῃ ἢ ἢ κάμψαντος τὰς αἱμορροΐδας. ὑπαφέρεται γὰρ ἐς ὃ ἐντὸς τ ἕδρου, οὐ ῥᾴδιος πυθέσθαι, ἢ ἅμα ἐξαναγκάζομένου τ ἕδρου, ἐξακοντίζειν αἷμα. κατεγόντων δ' αὐτῶν ὕδατι κιρνᾶν, τὴς ῥαφανῖδος, ἢ τῶς χείρας, ὡς μὴ κινέηται, βοᾶν κελεύοντας. ὁ γὰρ ἕδρος μᾶλλον ἀζήσει, ἐπὴν ἢ καῦσις, φασὶ καὶ ὀρθοῦς ἐγίνοντας, ἐν ὕδατι πηγαίῳ λείοις, κατιέναι πέντε ἢ ἓξ ἡμέρας· τῇ ἢ ἑβδόμῃ αὐτοῦ μαγδαλιὰν τάμνειν ὡς λεπτότατον. πλάτος ἢ ἓξ ἢ σταφίδος, ὅσον ἐξ δακτύλων πάντη. ἔπειτα ἐπιδεῖναι ὅλῃ τ σταφίδι ὀθόνιον ἴσον τῷ σταφίδι λεπτῷ, καὶ λίνον, ἀφεψήσας μάλιτ. ἔπειτα ἀναδῆσαι ὡς δακτύλιον τῷ λιχανῷ τ ἀριστερῆς χειρὸς, μέσον τὸν σταφίδα ὥσαι κάτω τῆς ἕδρης ὡς φερωτάτω. ἔπειτα δὲ τ σταφίδι φερομένην εἶναι, ὡς ἂν ἐν τῇ ἕδρῃ ἄξεται μάλιστα. ἀφιέωσας ἢ ἐν τῇσι λεκάνῃσι καὶ ὑρέας ἁγνίως, ἐν τῷ ὕπισθεν αἰωρᾶσθαι ἐν ᾗ σκελέων τὸν ἐπίδεσμον, ἀναδῆσαι ἐς ὃ ἀφίζωσμα τῶδε τὸν ἰμάτιον. ὃ ἢ Φαρμάκων ὃ εἶπον ἐπιδεῖπε πυκνωτὸν τῶν ἑφῆς ποιέειν, καὶ ἰσχρὸν φυᾶναι. ταῦτα ἢ δεῖ ἐπιδεῖν, μὴ ἔλασσον ἡμερῶν εἴκοσι· ῥοφέειν ἢ ἄσαλος τ ἡμέρης ἑβδόμῃ, ἢ κέγχρον, ἢ ὃ ἀπὸ τῆ πιτύρων, καὶ πίνειν ὕδωρ. ἢν ἢ ἐσαφοδονίζεσθαι, ὕδατι θερμῷ ἀφανίζειν, λούεσθαι ἢ ἀφ' ἡτίης ἡμέρης.

CAPUT II.

Prima hæmorroidum curatio quæ fit per ustionem Chirurgicâ operatione, ferramentis candentibus & purgatione decenti laborantis situ, ad motis peroticis, & post ustionem topicis & fasciis celebratur.

At hoc modo curandæ sunt Hæmorrhoides. Imprimis equidem nosce oportet quo in loco sint hæmorrhoides. Etenim anum urendo, incidendo, resecando, confundo, aut vinciendo, aut putrefaciendo, etiamsi graviſſima esse ista videantur, nihil læseris. Ferramenta septem, octove parari jubeo, quæ palmum magnitudine, & crassum specillum crassitudine exæquent, extremâ parte recurva, & in summo ad oboli parvi formam lata. Exhibito pridie medicamento purgante, eodem quoad ustionem aggredieris die: homo supinus reclinatur, pulvinoque lumbis supposito, sedes digitis quammaximè foràs educitur; tum candentibus admotis ferramentis uruntur, quoad resiccentur, ita ut ne leviter attingas. Vrere verò ita oportet ut hæmorroidum nulla inusta relinquatur, sed omnes adurantur. Hasce hæmorroidas nullo negotio cognosces; quòd interiore ani parte supereminent tanquam acini uvæ lividæ, & simul atque foras anus cogitur, sanguinem ejaculantur. Inter urendum autem à quibusdam caput & manus detineantur, ne moveantur, sed clamet qui inuritur: Nam anus magis foras egreditur. Peractâ ustione lentes & ervum in aqua decocta, contusa, & ad lævorem subacta quinque aut sex diebus in cataplasmatis formam imponantur. Septimo die spongia mollis quamtenuissimè concidenda, quæ omni ex parte sex digitorum latitudinem æquet. Tum linteum suprà spongiam spongiæ æqualem tenue ac læve melle illitum superimponatur. Deinde subdito siniſtræ manus indice digito, media spongia deorsum quampeniſſimè in sedem propellatur; posteà supra spongiam lana apponatur, ut in sede immota permaneat. Cingulo verò per ilia ducto fascia submittitur, exceptumque à posteriore parte per crura vinculum ad cingulum deligatur. Tum medicamentum quod dixi, carnem densam facere, ac calidum producere, alligatur: Quæ non minore quàm viginti dierum spatio devincire oportet; Semel autem die assumenda sorbitio est ex farina, aut ex milio, aut furfuribus facta, & aqua potui exhibenda. Si ad alvum exonerandam desideat, aqua calida proluere oportet. Tertia verò quâque die lavari convenit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ'.

Δευτέρη θεραπευτικὴ τ αἱμορροΐδων μέθοδος, ἢ κῆ τῶν τομίων τελειοῦται.

Τέτρα θεραπεύειν. σκεδάζων τῶν ἑδρίων ὡς, μάλιστα, μὲν ὕδατι θερμῷ, ἔπειτα ἀποπάσαντα τῇ αἱμορροΐδων τὰ ἄκρα. Φαρμάκων δὲ περιτιτακθαδίαν ἐς τὸν τομίων, τόδε. σύρησας ἐς χυτρίδιον, ὀτὶ πάσων ὅτι ὃ οὖρον, χνικοῦ αὖος ὀβολοῦ, καὶ πεπιμμένου

CAPUT III.

Secunda curationis hæmorroidum methodus quæ per excisionem perficitur.

Altera curatio. Educta quam maximè sedes calido perfunditur. Deinde summæ hæmorrhoidum partes præciduntur. Hoc verò medicamentum anteà præparatum ad sectionem habere oportet. Vrina in vas æneum immissa, flos æris ustus optimè lævigatus insper-

gitur; tum vase agitato maceratur, & in sole siccatur; siccatum eraditur, teritur, & levigatur, ano admovetur, splenia oleo imbuta apponuntur, spongiaque superimposita deligatur.

λείου, ἔπειτα σῆις, καὶ κινήσας ὃ χλωρεῖον, ξήνασον ἐν τῷ ἡλίῳ. ὅταν δ' ξηρὸν γένηται, σεσεῦσας, ξύλον λεῖον, ὡς φορτὸν τῷ δακτύλῳ, καὶ καθυφὲς ἐλαιώσας φόρτιζε, καὶ αὐτῷ ἐπάνω ἐπίδεε.

CAPUT IV.

Tertia hæmorrhoidis tuberosæ, aut condulomatis curatio per extirpationem digito, aut catheretico vel per excisionem, aut ustionem facienda.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δ'.

Τελτη δ' αἱμαπήδος κονδυλώδεως, ἢ δ' κονδυλώματος ἀναιρεσία ἢ χρὴ τῷ ὀπτῆρίζωσιν τῷ δακτύλῳ, ἢ καθαιρέσιν, ἢ τ' ἐκτομὴν, ἢ καῦσιν, χθεσυρευμένην.

ALter *curationis* modus. Venæ sanguinem fundenti & extuberanti veluti fici fructus adnascitur, etsi extuberatio foras valde prominet, & circumcirca operculum carnosum adhærescit. Homine igitur flexis genibus super duas clunes collocato, anum inspice. Invenies nanque loca inter nates medias circa sedem tumefacta, sanguinemque ex interioribus partibus procedere. Si ergo condyloma molle sit, & sub tegumento cedat, ipsum digito auferendum est. Neque enim magore negotio id fiet, quàm si dum pellis oviculæ detrahitur, digitum inter pellem & carnem medium adigas. Atque hæc interloquendum, simulque non advertente ægro, peragenda sunt. Sublato condylomate, sanguinis cursum ex tota detractione promanare necesse est; qui vino austero in quo Gallæ maceratæ fuerint, citò perluendus est. Venaque sanguiflua unà cum condylomate evanescet & operculum in pristinum statum restituetur. Quòque vetustior morbus est, eo facilior curatio futura. At si altior fuerit condylosis per catopterem inspicere oportet, neque à catoptere decipi. Apertus enim condylosin explanat; contractus rursum rectè demonstrat. Auferre autem oportet veratro nigro in anum sublito; tum tertio die vinum austerum subluere. At verò ubi condylosin detraxeris, si sanguis non effluat, mirandum non est. Neque enim si in articulis manus aut crura secueris, sanguis profluet. At si supra aut infra articulos sectionem feceris, cavas & sanguifluas venas comperies, quas perarduum est prompte sistere. Sic etiam si hæmorrhoidem in sede supra quidem aut infra condylomatis detractionem secueris, sanguis profluet; sin verò ipsam condylosin in ipsa connexione detraxeris, minimè fluet. Si igitur ita quidem ad pristinum statum reducatur, bene se res habet; sin minùs, ustio adhibenda, ea cautione, ut ne ferro attingatur: sed prope admotis ferramentis exsiccetur, & flos æris ex urina admoveatur.

Ετερος ἔτμησε. φορτίζεται φορὲς τῇ αἱμαπήδι τῇ κονδυλώδει, ἢν συκαμίνου καρπὸς, καὶ εἰ μὲ ἔξω σαρκία ἢ ἡ κονδύλωσις, πάντ' ἐφύκει ἀυτῇ καλυπτῆρός τ' ὠφελὸς καρπὸς ἐῶν τ' αὐθεμπόνως περὶ ὄλμοιν δύο, σώματι. διρήσας γὰρ περυσμῶρία τὸ μεταξὺ τῶν ἰσχυρῶν πάντ' τῶν ἕδρων, ὃ δ' αἷμα ἐκχαρέειν ἑνδόθεν. ἢν γοῦν ἐνδιδυῖ ἐκτὸς τοῦ κολυπάτρα, ἢ ὃ κονδύλωμα τῷ δακτύλῳ ἀφῇς. ἐπὴν γὰρ χθεσπώσειν, ἢ ὧν τῷ φορέσαι διεξιόντος τ' δάκτυλον μεταξὺ τῷ δέρματος καὶ τ' ὠφελὸς ἀφῇς. ἢ ταῦτα ἀμφιλεγόμενος, ἅμα λεγόντων πιεῖν. ἐπ' ἢν τ' ἀφῇς ὃ κονδύλωμα, αὐτίκα ῥέεσθαι δρόμεις αἵματος ἐπὶ πάσης τ' ἀφαιρέσιος. ζῶμα χρὴ ἐπιπολῆαι οἴνῳ αὐστηρῷ κεκιδίας ἐναποβρέξας. ἢ ἥτε αἱματίης οἰχήσεται σὺν τῷ κονδυλώματι. καὶ ὃ κάμμωμα καθέψεται, καὶ ὅσα αὖ παλαιότερα ἦ, ῥηϊδίως ἔξω ὑπῆσι. ἢν δ' αὖθις ἢ ἡ κονδύλωσις, τῷ καπνῆνει σκέπτεσθαι, καὶ μὴ λάθαται παθαι ἐκτὸς τῆς καπνήσεως. διηνεκὲς γὰρ ἀναμνᾶν τῷ κονδύλωσιν. ξυναγώνιος ὃ πάντα, δείκνυσι ὀρθῶς· ἀσαφέστ' ὃ χρὴ ἐλλεβόρῳ μέλανι ὑπομίσσαντα τὸν δάκτυλον, ἔπειτα περαίνειν οἴνῳ κυλίξαν αὐστηρῷ. ὃ δ' αἷμα ὅταν ἀσθῇς τῷ κονδύλωσιν, ὅτι οὐ ῥεῖ μὴ θαυμάζειν. ἐπὴν γὰρ ἢν ἐν τοῖσιν ἀρθρώσιν ἀφαιρήσῃς τὰς χεῖρας ἢ τὰ σκέλεα, οὐ ῥέουσιν αἵματα. ἢν δ' ἀνώδεν, ἢ κάτωθεν τάμνῃς τῆς ἀρτέρεν, ῥύσιες κάλεαι φλεβὸς καὶ ἀμπόρου, καὶ χαλεπῶς ἂν ἴσχοις ῥύπορας. οὕτω καὶ τῷ ἐν τῇ ἕδρῃ αἱμορροΐδα, ἢν μὲν ἀνώδεν, ἢ κάτωθεν τάμνῃς τῆς ἀφαιρέσιος τ' κονδυλώματος, αἷμα ῥύσεσθαι· ἢν δὲ αὐτῷ ἀφῇς τῷ κονδύλωσιν ἐν τῇ φορεφύσῃ, οὐ ῥύσεσθαι· ἢν μὲν οὖν οὕτω καθίσταται, καλῶς ἂν ἔχοι. ἢν δ' μὴ, καῦσαι, φυλασσόμενος, ὡς μὴ ἅψῃ τῷ σιδήρῳ, ἀλλ' ἐγγὺς φορτίζων τῷ σιδήρεια ἀποξηραίνειν, ἢ φορτιδέται ὃ τῷ χθονὸς αὖθις ὃ ἐν τῷ οὔρῳ.

CAPUT V.

Quarta curatio hæmorrhoidum per ustionem cauterio faciendam peragitur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ε'.

Η τετάρτη τῆς αἱμορροΐδων ἴασις χρὴ τῷ καῦσιν τ' ὀξὺ καυτῆρος γνωμοῦν τελῆται.

ALter modus curationis hæmorrhoidum. Æream cauterii fistulam parare oportet in modum parvæ arundinis vallatoriæ (phragmiten vocant) & in ipsam ferramentum decenter adaptatum accommodare, deinde inditâ in anum fistulâ candens ferramentum immittere,

Ετερος ἔτμησε αἱμορροΐδων. καυτῆρα χρὴ ποιῆσασθαι, οἷον καλαμίσκον φραγμίτου. σιδήρεον δὲ ἁρμόσαι καλῶς ἁρμόζον· ἔπειτα τὸν αὐλίσκον ἐνδὺς ἐς τὸν ἕδρον· ἀμφαίνον δ' σιδήρεον καθίσαι,

sæpiusque retrahere, ut qui æger calefit, facilius calorem toleret, neque ulcus ex calore contrahat, & venulæ exsiccatæ sanescant.

CAPUT VI.

Quinta curatio hæmorrhoidum securior, quæ inspersō exsiccantium & astringentium pulvere perficitur.

SI verò neque urere, neque resecare volueris, ubi priùs sedem multa aqua calida foveris, & everteris, tum myrrham probè lævigatam, gallam, & alumen Ægyptium ustum una ac dimidia ac reliqua parte, & melanteriæ tantumdem accipe, hisque siccis utere. Istis autem medicamentis hæmorrois ut corium ustulatum excidet. Hæc facito donec omnes extirpaveris. Idem efficit chalcitidis ustæ dimidium.

CAPUT VII.

Sexta curatio hæmorrhoidum, quæ fit balano ex medicamentis exsiccandi, detergendi, adstringendi, & absumendi facultatem habentibus, melle cocto exceptis, ad hæmorrhoidas penitiores facto.

AT si balanis sanare volueris, sepiæ testam, molybdænæ tertiam partem, bitumen, florem æris modicum, gallam, æruginem modicam ubi melli cocto miscueris, balanum longiorem formato, ac imposito donec extirpaveris.

CAPUT VIII.

Octava ac ultima hæmorrhoidum curatio mulieribus propria.

MVliebrem hæmorrhoidem sic curare oportet. Multa aqua calida sedem foveto; sed in aqua calida odoratorum portio incoquenda, qualis est myrica trita, spuma argenti usta, & galla; quibus contritis vinum album, & oleum, & anserinum adipem affundito, atque omnia simul trita sublinenda dato, quum priùs partem foverit: sedem autem quammaximè foras propulsam fovere oportet.

A ἢ πυκνὰ θέρμειν, ἵνα μᾶλλον ἀείχηται θερμηρόϊλωος. & οὕτε ἕλκος ἔξῃ ὑπὸ τῆς θερμασίης, ὑγιέα τε ξηανθέντα τὰ φλέβια.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Πέμπτη ἴασις τῶν αἱμορροΐδων ἀσφαλεστέρη ἢ ἐπιπαθέντι τῶν ξηαινόντων τε καὶ στυπτικῶν φαρμάκων κονιορτῷ τελέθει.

B ΗΝ ἢ βάλῃ, μήτε κάῃς, μήτε ἀποτάμνειν, θερμαθυμήσας ὕδατι πολλῷ θερμῷ, & σμύρναν ξύσας λείαν, & κηκίδα, ἢ στυπτηρίαν Αἰγυπτίην καθκαέσας, ἓν ἢ ἥμισυ σὺς τ' ἄλλα, & μελαντηρίης ἄλλο τοσοῦτον, τουτέοισι ξηροῖς χρῆσθαι. ἢ ἢ αἱμορροΐς τουτέοισι τοῖσι φαρμάκοισιν ἀποσήπεται, ὥσπερ σύτος κατακέκαυται. τῶτα ποιέειν μέχρις οὗ πάσας ἀφαίσῃς, ἢ χαλκίτιδος ἥμισυ κεκαυμένον τ' οὖν ἀφαίρεῖ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ'.

C Εκτη ἴασις τῶν αἱμορροΐδων ἢ γινομένη τοῖς βαλάνοις ἐκ τῶν φαρμάκων ξηαντικῶν, ῥυπτικῶν, ἢ στυπτικῶν, ἢ ἀφαιρετικῶν τὴν μέλιτι ἑφθῷ ἐξηρτημένων πρὸς τὰς αἱμορροΐδας ἐσωτέρας ποιουμένους.

HN ἢ βούλῃ βαλάνοισιν ἰᾶσθαι στυπίης ὄστρακον, μολυβδαίνης ξύσον μέρος, ἄσφαλτον, στυπτηρίην. ἀλῦσος ὀλίγον, κηκίδα, χαλκοῦ ἰὸν ὀλίγον. τουτέων μέλι ἑφθὸν καταχέας, βάλανον ποιήσας μακροτέρην τοῦσιδε, μέχρις ἂν ἀφέλῃς.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η'.

D Ογδόη ἢ ὑστάτη τῶν αἱμορροΐδων ἴασις τῆς γυναικείην ἰδίη.

ΓΥναικείων αἱμορροΐδα ὧδε θεραπεύειν· πολλῷ ὕδατι θερμῷ αἰωνῆσαι, σεισθεὶς ἢ ἐν τῷ θερμῷ τῶν βώδεων ξύσας μυρίκην, λιθάργυρον ὀπίλιον, ἢ κηκίδα, οἶνον λευκὸν τρίψαντα, & ἔλαιον, ἢ χλιαρὸς στέαρ, ξύσας ὁμοῦ πάντα. δεδεῦσθαι ὁκόσην αἰωνθῇ. ἀλοιφᾶν ἢ & πυῒ ἑφθὸν, ἀξώσας ὡς μάλιστα.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΠΕΡΙ ΑΓΜΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ

ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΟΥ ΕΙΣ ΑΥΤΟ

ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ ΤΡΙΑ.

HIPPOCRATIS

DE FRACTURIS LIBER:

ET GALENI IN EUM

COMMENTARII TRES.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΠΡΩΤΟΝ.

ΤΟ ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΟΝ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΤΕ ΚΑΙ ΤΟΥ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΟΣ.

Τὰ ἐξηρθρημένα καὶ κεκλασμένα τὰ μὲν σὺν τοῖς ἕλκεσι, τὰ δ' αὖθ' ἁπλᾶ τῶν ἑλκέων μόρια, καὶ τὰς ὀχετὰς τὰς αὐτῶν ἐκθλίψεις, καὶ τὰς ἀφαιρέσεις, καὶ ἀφαπλώσεις, καὶ τὰς ἀφόρους ἐπιδέσεις, καὶ ἕξεις, καὶ τὰς ἐπιπωμάτων διδάσκει ὁ Ἱπποκράτης, καὶ ἐξηγεῖται ὁ Γαληνός.

COMMENTARIUS PRIMUS.

ARGUMENTUM LIBRI ET COMMENTARII.

Luxatas & fractas cum ulceribus, & citra ulcera partes, earundemque prominentias & transgressiones, extensiones, conformationes, varias deligationes, posituras & curationes docet Hippocrates, explicat Galenus.

GALENI PRÆFATIO.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Docet universalia particularibus prius explicanda esse, & explicationibus obscura patefieri, vera demonstrari, falsa refelli, captiosè reprehensa protegi; duplicem tum explanationis, tum obscuri esse differentiam; multa esse auditorum genera; eumque hisce commentariis duntaxat dignum esse, qui mediocri ingenio præditus, anatomes peritus, & in eâ exercitatus cubiti, brachii & junctura naturam perceperit.

ANte singularium explanationem, omnem universalium explicationem percepisse præstiterit, quod sit ipsius vis quæcunque in operibus obscura sunt, ea dilucida reddere; quiddam autem eorum quæ

ΔΙΔΑΣΚΕΙ μὲν τὰς τῶν καθ' ἕκαστα μέρος ἐξηγήσεως, τὸν τῶν καθόλου ἐξήγησιν ποιητέον εἶναι· καὶ τοῖς ἐξηγήσεσιν ἀσαφῆ σαφῆ ἐργάζεσθαι, καὶ τὰ ἀληθῆ ἀποδείκνυσθαι, καὶ τὰ ψεύδεα ἐλέγχεσθαι, καὶ τὰ σοφιστικῶς ἐπικεκαλυμμένα ἐκφαίνειν ἀσφαλίζεσθαι. Τῶν δ' ἡμῖν ἐν τοῖς ἐξηγήσεσί τε, καὶ τῷ ἀσαφῆς διαφορὰ πάμπολλα ἐστὶ· τῶν ἀκουόντων δ' ἓν, καὶ τοῦτον τούτοις ὑπομνήμασι μόνον ἄξιον ἐστὶ, ὃς τῇ διφυΐᾳ μετρίᾳ κεκοσμημένος, καὶ ἀνατομῆς ἔμπειρος, καὶ ἐν τῷ ὠλένῃ κατεσκημμένος, καὶ πήχεός τε καὶ βραχίονος, καὶ ἕ καὶ ἀγκῶνα φύσιν κεκλῆσθαι.

ὡς δηλοῖ, ἢ ὡς ψευδὴς βήξεται, καὶ εἰ κατηγόρησέ τις σοφιστικὸς, ἀπολογήσασθαι, κεφάλαιον μὲν ἐζητήσατο, ἐπίτηδες δὲ μηκύνεται πρὸς ἀπόμπων, ὡς εἰπεῖν, ἢ μᾶλλον τὰ παρεμπίπτοντα καὶ νὴ Δία σφόδρα κωλύοντα· καὶ τούτου μεσίους ἀφικέσθαι τὸν ζητητήν. ὃ δ' ἀγανίζεσθαι τελέως ὑπὲρ τῆς τοῦ γραφέντος δογμάτων, ἐκπέπληκε τὸν ὄχλον τῆς ζητήσεως. ὁ μὲν γὰρ τοῦτον οὐκ ἐν σκοπῷ, ἀλλὰ πρὸς τὸν εἰρημένον ἀποδεῖξαι ἐγώ, προσθῶσι τῷ ὄντως ζητήσεσιν ἐκάστοτε βραχέα, τῆς πίστεως ἕνεκα τῆς εἰρημένων. ὅσης μὲν οὖν καὶ τοιούτου τοῦ ζητήσεως ἀμφίβολος ἀπόδειξις, ὅτι δὲ ὃ ἀσαφὲς ἀλλὰ σαφὲς ἐστὶν, ἄμεινον εἶναί μοι δοκεῖ δι' αὐτοῦ τούτου προσπεῖν, εἰρήσεται δὲ καὶ αὐτὰ ταῦτα ἀφ' ἑκάστων, εἴ τις ὀπτιμός τις, ὧν ἰδίᾳ λέλεκται ἀφ' ἑκάστων μακροτέρων ἐν τῷ αὐτῷ ἐζητήσεως ὑπομνήματι. δέδεικται δ' ἐν ἐκείνῳ, ὃ μὲν ὄντως ἀσαφὲς, ἀλλὰ σαφὲς ἑαυτὸ τοιοῦτον ὑπάρχον, ὃ δὲ ἐν αὐτῷ σφίσιν οὐκ ἔχον, ὁπόσῳ τῷ ἀκούοντων τοῦ λόγου, ἀφ' ὁποίοις πάσχουσι τυγχάνουσιν ὄντα, κατὰ τὸ προπαιδεύεσθαι, καὶ γεγυμνάσθαι, τοῖς λόγοις, ἢ πεπαίπαισί γε ἀγυμνάστως ὑπάρχειν. εἶναί τε φύσει, οἷς μὲν ἐξείης τε καὶ σπουδαῖος, οἷς δ' ἀμελεῖς, ἃ ἀσυνέτους. Αὐτίκα γοῦν ἐν αὐτῷ τῷ προκειμένῳ βιβλίῳ τῷ τοῖς κατημμένων, ἔνθα δὲ φησιν ὁ Ἱπποκράτης· ῥητέον οὖν ἐκάστας αὖ ἑτέρας τῶν ἀμβλυτάτων τῷ ἰητρῷ, τοῖς μὲν διδάξαι, τοῖς δὲ ἀποδιδάξαι, τὸν ἀσαφέσιαν ἔχει αὐτὴ δι' ἑαυτοῦ ἡ λέξις, ὁ προσδεχόμενον ἡμῖν, ἐνίαις πνεῦμα ἀμβλύτατος, ἃς διδάξαι χρὴ τοιοῦτον ὄν καὶκεῖνο· ἃ ἡ αἰάπασις ἢ ἀρθρου κέκλασται ἐν τουτέῳ τῷ σημείῳ· ὃ γὰρ ἐπιτεθμὸς τῆς χλοὸς σῆμα, κεκλασμένον φησὶν ἔχειν ὃ ἀρθρον, ὃ καὶ ἀγκῶνα· δοκεῖ δὴ τοῦτ' ἄτοπον εἶναι, κεκλάσθαι φλοῦν τὸ οὐδύ. ὃ μὲν τοι λελεγμένων ὕπως· ἐπὶ τῷ βραχίονος τὸ μηλυμοειδὲς ἐν τῇ τῆ πήχεος βαθμίδι, ἐν τοιούτῳ τῷ σημείῳ ἐρεῖδον, ἰσωσίμως ποιεῖ τοῖσιν ὀστέοισι τῆ πήχεος, ὃ τῷ βραχίονος, ὡς ἐν εἴη ὃ πᾶν· ἐπὶ μὲν τοί τῆς ἐώθασιν ὑπεῖδον ὅτι τὸ ὀστῶν ἐκπέπτωκεν. ὑπὲρ ὧν ὁ λόγος δεῖν, σαφήμιαν ἀσαφείαν ἔχει· τῷ δὲ ἀγνοοῦντι τὸ καὶ ἀγκῶνα δίφρεσθαι τὴν φύσιν, ἀσαφὲς εἰκότως ἡ λέξις φαίνεσθαι· δοκεῖ δέ μοι βέλτιον εἶναι, καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα ἐζητῆσθαι, ἀφ' ὧν, τοῖς πλείστοις τῷ ἀναγινωσκόντων ὃ βιβλίον, ἀμφιδοξίᾳ ἀδιαπρὸς ἔσται. ἓν μὲν οὖν πάντα μηδὲν ἐμποιοῦν τοιοῦτον, πρὸς ἕτερα δὲ σκοπὸς, τοῦτον προσεμπίπτα τῷ αὐτῷ ἔστι, τοῖς ἀναγωσομένοις τὸ βιβλίον, ἐὰν πνα λέξιν, ὧν ἐζητήσαμεν, ἀσαφῆ ἔναι τι νομίσης, ὑπισκέψαι μὲν πρῶτον, εἰ μὲν ὃ βιβλίον ἡμάρτηταί σου, σφαλλόντων τε, καὶ αὐτοῖς ἐμοῦ τοῖς ἀζιοπίστοις αὐτογράφοις· εἶτ' αὖ ὀρθῶς ἔχειν φαίνεται, δεύτερόν τε, ἓ πεῖραν αὐάγωσι τὸ αὐτὸ λέξιν, προσέχειν ἀκριβῶς αὐτῇ τ νοῦ. ἐγὼ γὰρ, ὅτου μὲν πρῶν πρόνοι σεαυτὸν ἀναγινώσκω τὸ βιβλίον, ἀκριβῶς ἐπῆλθα διὰ μνήμης ἓ μέτρου τῆς ἐζητήσεως, ἀπολέπων ἑκάστοτε πρὸς πὸ τὸ μαθόντος ἐξ' ὅτου ἢ χρέῳ πᾶσιν, ὅτε τῷ ἄρτα προσεκθυασμένῳ, ὅτε ἓ χαίρετα, ἐπῆλθομαι. ὃ μὲν γὰρ, τοῖς πλείστοις ἀσαφὲς ἔσαι, ὃ δὲ, αἰάπαν χρονίζοντας ἐν τοῖς ζητήσιν. ἄρτον οὖν ἡγέμην τὸ μέσων ἕξιν ἐλκόντων ἐπῆλθον τοῦτον ἢ ἀπαντῆσαι, ὅτι τοῖς ἑκατέροις ἐπόσθειν μᾶλλον. οὐδὲ γὰρ ὅλως

A scripta sunt ut verum demonstrare, vel ut falsum refellere, ut si quis captiosè arguerit eum patrocinari, ab explanatione dissidet. Consuevit tamen fieri ab omnibus, vt dixi, commentarios scribentibus. Id certè explanatorem mediocriter attingere nihil prohibet. Sed de authoris decretis planè contendere, id explanationis terminum excedit. Quum itaque non ad hunc, sed ad commemoratum scopum ego inspiciam, ubique his veris explanationibus concisa fidei faciendæ gratia ex his quæ pronuntiata sunt, adjiciam. Verùm quum duplex sit hujus explanationis differentia, quodque idipsum obscurum duplex etiam existat, de hoc quoque aliquid præfari præstantius esse mihi videtur. At quæ in commentario de explanatione seorsum productioribus verbis enuntiata sunt, hæc ipsa tanquam epitome quædam perpaucis enuntiabuntur. Illic enim monstratum est aliud quidem revera obscurum esse quod per se tale existit; aliud verò quod in se priùs ortum non habet, idque præcipuè, quum permultæ sint auditorum differentiæ, tum prout priùs sermonibus eruditi sunt & exercitati; vel omnino rudes, tum prout natura perspicaces sunt, & prudentes; vel hebetes & imprudentes. Jamprimum ergo hoc in proposito libro, *de fracturis*, immoremur, ubi pronuntiavit Hippocrates; *Dicendum igitur de medicorum erroribus de manus natura, quos tum docere, tum dedocere velim.* Obscuritatem habet per se hic textus, quum minime nos probemus quosdam esse errores, quos docere oporteat. Hujusmodi etiam illud est; *Præterea extentio articuli hoc in habitu curvata est.* Extensi nanque brachii figuram curvatam, inquit, ad cubitum habet articulus; videtur autem & hoc absurdum id curvari dicere quod rectum est. Item illud ab eo ita prolatum; *Nam si ita colloceur imum caput humeri, quod cardinis modo in cubiti sinum incumbit.* Hoc in habitu humeri & cubiti ossibus rectitudinem conciliat, ac si totum unum sit. Sed si quis inspexerit quale sit utrunque ossium de quibus est fermo, nullam habet obscuritatem. At articulationis cubiti naturam ignoranti hæc obscura jure conspicitur oratio. Mihi autem melius esse videtur etiam hujusmodi omnia explicare; quod qui librum hunc legunt, eorum plurimi anatomes imperiti sint. Quæ verò nihil quicquam tale continent, ea me prætermittere consentaneum est, tantùm de his etiamnum hunc librum lecturis prolocutum; si aliquam dictionem textuum quos explicaverim, quiddam abditum habere censueris, inspicientium imprimis tibi esse an liber tuus erroribus scateat cum exemplaribus fide dignis conferendus & examinandus. Tum si rectè habere videatur, eandem dictionem & secundo & tertio legito, ipsique explorate mentem adhibe. Ego siquidem quum præsentem cum præsenti lego librum, ad unguem explanationis modum possum conjicere, passim addiscentis ingenium inspiciens. At quum omnibus scribo, neque quid maximè idoneum exigat ingenium conjicio. Nam illud plerisque obscurum erit, hoc iniquo animo ferunt qui in rebus claris immorantur. Optimum igitur censeo quid ingenium mediocre postulet, conjicere; Quod ubi non succedit, magis ad id spectare quod præstantius est. Neque enim omnino

commentarios

commentarios legendos puto, quibus ingenium inferius est mediocri, quibuscum bene agitur, si postquam de doctoribus eadem sæpiùs audierint, aliis atque aliis verbis explanata percipiunt.

Utrum Chirurgica Hippocratis opera de medicatrina, de fracturis, & de articulis separati tres libri sint, vel unicus de medicatrina inscriptus. Græca fracturarum, & luxationum vocabula. Orationum alias brevissimas esse, quæ summatim rem proferunt; alias longissimas quæ plenè rem explicant; alias interjectas plures. Fracturarum definitio, & explicatio. Fracturarum curatio.

HIPPOCRATIS TEXTUS I.

» *Medicum oportet tum luxationum,*
» *tum fracturarum intensiones quam-*
» *rectissimas facere.*

GALENI COMMENTARIUS.

NOnnulli textus etiamsi nihil doceant quod magni sit momenti, eos tamen explanationis particulas esse creditum est; tales sunt qui diversas scripturas notant: hujusmodi quicquam & nunc in propositæ orationis exordio exstitit. *Medicum oportet*, nonnullis quidem scribentibus: Nonnullis verò citra principium (*medicum oportet.*) Id enim profectò etiam consuetum est Atticis, quorum linguam aliquantulum ita usurpat Hippocrates, ut ipsam pristinam esse Atticam quidam profiteantur. At in altero libello quæ de Hippocratis idiomate judicia feramus, ea seorsum declarata sunt. Atque nunc in explanationis exordio satis est prænuntiasse me hujusmodi omnia prætermissurum quum propositæ tractationis necessariæ non sint partes, & immensam commentariis molem advectura sint: (*Tum luxationum, tum fracturarum extensiones quam rectissimas facere.*) Non solùm prolapsiones, & procidentias vocat ossium è propria sede secessus citra fracturas factos; sed & his nominibus tum luxationes, tum exarticulationes addidit. De fracturis autem id notatu dignum est Hippocratem ut qui ipsas sæpiùs κατάγματα nominat, parciùs verò ἀγμὸς scripsit, eo vocabulo, quod rariùs usurpavit, hujus operis inscriptionem fecisse. Unde nonnulli proferunt hæc opera ab ipso Hippocrate minimè separata fuisse, sed ambo unicum solum conscriptum esse, quum liber de articulis inscriptus huic nobis nunc proposito vicinus adhæreat; postea præmole duos in libros à quodam divisum fuisse; atque ubi unum ambo constituerunt, communem etiam titulum ipsis inscriptum esse, de Officina Medici. Atque hujus rei ipsi testimonium ferre malè conantur, asserentes nimirum à prisco vito primo Hippocrate Gnosidici filio unum opus esse de Officina Medici. Non enim certè præsentem parvum libellum ita inscriptum Magnus Hippocrates scripsit, qui maximus inter Græcos & Author & Medicus habitus est. Sed quia de iis quæ in Medici Officina

ὑπομνήμασιν ἐντυγχάνειν ἀξιῶ, τοῖς κατωτέροις τοῦ μέσου ἕξεως, οἷς ἀλαπτὸν ὄβολὸν, οὐδὲ διδασκάλων ἀκούσασι πολλάκις τὰ αὐτὰ, καὶ ἄλλως ἐξ ἄλλου λέξιν ἑρμηνευόμενα στωικέως τῷ λογομαθίᾳ.

Πότερον χειρουργικὰ τὰ τῦ Ἱπποκράτους συγγράμματα ἢ καὶ ἰητρεῖον, καὶ ὅ θεῖ ἄγμων, καὶ ὅ περὶ ἀρθρων ἐξαρθρημάτων κεχωρισμένα τρία ἢ βιβλία, ἢ μόνον ἓν περὶ τῦ καὶ ἰητρεῖον ὑπογεγραμμένον. τὰ Ἑλληνικὰ τῶν ἄγμων τε καὶ ἐπιπωσέων ὀνόματα. τῆς λόγων ἑνίοις μὴ γίνεσθαι βεκκυπάτιος διὰ τῦ παφάλαιον φάγμα περιφέρεσθαι. ἑνίοις ἢ μακροπάτιος διὰ τῦ ὀξύοδον ἑρμηνεύονται, ἢ διὰ τῦ φάγμα πυκνορραφίας δηλοῦσθαι φέρον. Ἄλλοις ἢ ἐν τῷ μεζῷ τύπων πλοίοις. ὁ τῶν καταγμάτων ὅρος, καὶ ἡ ἐξήγησις. ἐν τῇ τῶν καταγμάτων θεραπείᾳ.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΡΗΣΙΣ. α'.

» ΕΧρὴ τὸν ἰητρὸν τῶν ἐπιπωσίων τε, καὶ κα-
» ταγμάτων, ὡς ἰθυτάτας τὰς καταστάσας ποιέ-
» εσθαι.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΕΝιοι τῶν λόγων εἰ μὴ ἓν ῥοῦρον τι διδάσκοιεν, ἀλλὰ μικρά γε τῆς ἐξηγήσεως ἕνεκα πέπεισμ' εἶναι τοιῦτοί εἰσι, καὶ οἱ τῆς ἀφαιρέσεως ἐπισημαινόμενοι γραφαὶ, ὁποῖόν τι καὶ νῦν ἐπιγέγραπται, περὶ τῶν περικεκομμένων λέγειν· ἐνίοις μὲν γραφόντων, ἐχρῆν τὸν ἰητρὸν, ἑνίοις δὲ, χρῆς τῶν καὶ ἐρεῖν, ἐχρῆν τὸν ἰητρόν· ἔτι γὰρ ἀμελεῖ τὸ τῦτο συνήθες τοῖς ἀττικοῖς, ὧν τὴν ἀφαίλεκτον χρῆσιν κατά τι, καὶ ὁ Ἱπποκράτης, ὡς ὑποφηναθαί τινας αὐτῷ δοκεῖ καὶ Ἀτθίδα. ἐμοὶ δὲ καθ' ἕτερον ἰδίᾳ γράμμα μικρὸν, ἃ φρονῶ περὶ τῆς Ἱπποκράτους ἀφαιλέκτου διελθεῖν, ἐν νῦν ἀρκεῖ προειπεῖν ἐν ἀρχῇ τῆς ἐξηγήσεως, ὡς τὰ τοιῦτα πάντα παραλείψω, μήτ' ἀναγκαῖα μέρη τῆς προκειμένης πραγματείας ὄντα, μήτε τὸν ὄγκον τοῖς ὑπομνήμασιν ἄμετρον παρέξοντα τῷ ἐπιπωσίων τε, καὶ καταγμάτων, ὡς ἰθυτάτας τὰς καταστάσας ποιεῖσθαι. ὀλίγα ἐπιλώσεις μόνον, καὶ ἐπιπλώσεως καλῆς τοῖς τῷ ὀστῶν ἐκτὸς ἰδίας χώρας μεθιστάσις, αὐλὸν τε καταλέγει γνωρίσας, ἀλλὰ τύπους τοῖς ὀνόμασι, τοῖς τε ἐξαρθρήσεσι, καὶ τὰ ἐξαρθρήματα προειδησι. περὶ δὲ τῶν καταγμάτων, ἄξιον ἐπισημήνασθαι τοῦτο, ὡς πλειστάκις ὀνομάζων ὕπτιος αὐτὰ, ἀσυνιάκις δέ που γράφας, ἀγνοῶ, τί ὑπτιγράφω ἐποιήσατο καὶ ἀσύνιον· οὔτε ἑνιοί φασιν, ὡσεὶ συμβῆναι τοῖς Ἱπποκράτους αὐτῷ τὰ συγγεγράμματα, χρόνοις ἀλλὰ φιλῶ δὲ ἓν ὅλον ἄμφω, περισκευρύου, τῷ νῦν ἡμῖν προκειμένῳ βιβλίῳ, τῷ περὶ ἀρθρων ὑπογεγραμμένῳ. διαρεθῆναι δὲ ὕστερον ὑπό τινος, εἰς δύο, ὧδε ὅ μέγας Ἰωΐνκα δὲ ὧδ' ἓν ἄμφω, κοινὸν δὲ ὅ ὑπόγραμμα αὐτοῖς ἐπὶ τῷ, καὶ ἰητρεῖον φωνῶ. καὶ τάτα δ' αὖτῷ πειρῶμαι φέρειν μάρτυρας κακῶς, ἀπ' ἐν ἐπὶ συμπεράσματα, ὃ καὶ ἰητρεῖον, παλαιῶν ἀμφαλοκρανῆς, τῷ Ἱπποκράτης τῷ Γνωσιδίκου υἱέως. ὁ γὰρ δὴ ὃ τῷ γε ὕπτιος ὑπογεγραμμένον βιβλίδιον μικρὸν, ὕστερ ὁ μέγας Ἱπποκράτης ἐγκαλῶν, ὡς ἐσθῦσι ἐν αὐλοῖς ἐλλιπῶν, ἀόριστος ἰατρὸς τε, καὶ συγγραφεύς. ἀλλ' ὅλῳ περὶ τῷ καὶ ἰητρεῖον

παλαιῶν ἀνάφορα λέγοντες τῷ πορώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν βιβλίῳ.

περιεχομένων, ἐν τούτοις δύο βιβλίοις ὁ λόγος αὐτῷ γέγραπται, ὅθεν καὶ τοῦτ', ὅπερ ἐφ' ἑαυτῷ καὶ ἰητρικὸν αὐτὸ φασὶ δεῖν εἶναι· οὕτω δὲ τοῦτο, ἢ τὸ σύνταγμα τὸ περὶ ἀρθρίων καλεόμενον, ἔχει· ἐν τε γὰρ τούτῳ τῷ βιβλίῳ, καὶ ἐν τῷ περὶ τῶν καταγμάτων, ὀξάρθρημάτων τινῶν μνημονεύειν αὐτὸν, καὶ ἐν τῷ μετ' αὐτὸ, περὶ τῶν ὀξαρθρημάτων, ἀναμεμίχθαι τινὰ περὶ καταγμάτων, οὐκ ὀλίγον λόγον· οἷς δὴ ὁ ὑπόθεσις περὶς ἄνους, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς δύο γεγράφθαι δοκεῖ τὰ βιβλία, καὶ ὃ πλεῖστοι διωμωμεῖ φασίν. ὅτου γὰρ νομίζοιτον αὐτοῖ, ὡς ὑπόταξαφὰς αὐτὰν πεποίηται, καὶ ἀνέδυσεν ἀρξάμενοι, μακρὸν ἀποτείνοιτ λόγον, ἀποδεικνύντες, ὡς πλεῖστα τὰ βιβλίων αὐτὸ, καὶ τὴν ὑπόταξαφάσιν τὰ ἔργα. ἐγὼ δὴ εἰ μὲν αὐτὸς ἱπποκράτης ἔγραψεν, ὑφ' ἕν, ἢ οὐχ ὑφ' ἕν, ἀμφότερα τὰ βιβλία, λέγειν οὐκ ἔχω· δεικνύειν δὴ ἐπαγγέλομαι, ὃ λόγου περιόντος, οἰκειότατα τὰ διδασκαλίας ἔσῃ, τίς τε ἐξαρθρήμασι, περὶ ὧν καὶ τοῦτο τὸ βιβλίον ἔγραψε, ποῖς τὰ καταγμασι, τίς τε καταγμασιν, ἃ καὶ ὃ περὶ ἀρθρων ἐδίδαξε, ποῖς τὰ καὶ ἐπεῖτο ὃ συγγραμμα, περὶ ἐξαρθρημάτων εἰρημένα. ἀλλ' τι δὴ, ἐν τῇδε νῦν παρκειμένῃ, περὶ ἐκπώσιόν τε, καὶ καταγμάτων εἴπεν, ἀναπαύσας τὸν πάλιν τὰ λόγου, οἷον εἰπεῖν καταγμάτων τε, καὶ ἐκπώσιόν, ὡς αὖ περὶ τὰ πρώτων διδάσκων καταγμάτων, ἔπα λόγον ἔχω φάναι τοιόνδε· ὃ γὰρ καὶ Ἱπποκράτὴ πολλαχὸς διρεῖν δοκεῖ, καὶ παρὰ πᾶσιν τοῖς παλαιοῖς, ὅστι δεινότατοι λέγειν, ὃ τοιοῦτον ἑρμηνείας εἶδος. ἴσως μὲν, ὃ τῆδε τὰ διδαχῆσομένων ἀλλὰ τὰ τῆς τάξεως ἁρμονίᾳ παρεσιγόντων τὰ νοεῖ· μᾶλλον δὲ, οὐδὲ φρονῆσομένων ὅλως ἄκρως τάξεως, ἐν τοῖς τίνεσις λόγοις, ὡς ἰσοτάτας τὰς καταστάσας ποιέεσθαι τοῖ κώλοις, ἐν οἷς ἐξαρθρήματα χρονεν, ἢ καταγματα, τοῖς καταστασας, ἐν τοῖς ἰσοτάτοις χρήμασιν ἀζιοῖ ποιεῖς· ἀλλ' τί μὴ χρὴ καταστένειν αὐτὸ, μὴ παρασὺς ἐνθάδε. παῖ δὲ τῷ χρήματος, ἐν ᾧ παρσπκὰ τῦτο γίνεσθαι, μακρὸν ἀποτείνας λόγον· ἐξὸν δ' οὖν αὐτοῖ διδάξαιμι ὃ λέγειν ἐν τῷ παρόντι, σιωπῶσαι παῖ τοῖ ἑτέρους διδασκόντων. ἄλλα γὰ οὐκ ἐστὶ τάδε ἓ λόγου μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπόνασθαι, ἐγκαλεῖσθαι κάλλιον ἐνίοις μὲν αὐτῶν γέγραπται ἀλλ' τοῖ κεφαλαίων μόνων, οἱ δὲ ὃ βεκρὸν ἐστὶ τῶν λόγων εἰσίν· ἐνίοις δὲ, τῶτοις ἐναντιωτάτοις, καὶ διέξοδον ἑρμηνεύσας, χωρεῖς μηδενὸς ὅλως παραλελειμμένου, ἓ διεναρθρῶ λεγόντων χρησίμως· τοῖς δ' ἄλλοις ἀπόνασθαι ἐν τῷ μεταξὺ τῶτον πεπόηται, τοῖς μὲν ἐν τῷ βεκρυφίτῳ, τοῖς δὲ ἐν τῷ μικροτάτῳ παραγεγωνῶτας, ὥσπερ αὖ πάλιν ἑτέρους, παῖ ὃ μέσον ἐλλείπειν, βεκρὸ παραγεγωνῶτας. ἐφ' ἑκατέρεις οὖν, ἤρξον ὅστ' ἀναγιγώσκειν ἕκαστον αὐτῶν, ὡς αὖ ἔχῃ αὐτὸς, ἢτοι παραίρεσιος, ἢ ῥολῶς, ὅτε τοῖς ὀφθαλμοῖσιν ὅτα παλαιότερον χρήσασιν, ὅτε τοῖς ὀφθαλμοῖσιν ὅτα πλέον ἐκπίνασι, μεμορώμενον· ὃ γὰ ἐκείνοις χρὴ νομιστέον, ἃ τῶτα, μηδὲν αὐτοῖ μέλλοντα, ὃ σῇ ἑαυτῷ ποήσομεν ἕκαστον ῥαιδίως, εἰδότα, τοῖς σημείοις ἃ διδασκαλίας, ὃ τοῖς αὐτοῖς ὀφθαλμοῖσιν ἅπασι τοῖς βιβλίοις. ἀπῆκε γέ τοι, ὅτι μὲ τὰ δύο, τό, τε περὶ ὧν, τι χρὴ καταγμάτων, ἃ τὸ παῖ ἐξαρθρήματων, διεξοδικῶς ἑρμηνεύσαι. ὃ μοχλικὸν δὲ, πῶ αὐτῶ αὐτοῖς ἐπαγγελλόμενον διδασκαλίαν, ὅσον ὅστι τοῖς παράγματι, οἷς ἃ περὶ καταγμάτων. ἔστι δὲ, ἡ μὲν καὶ διέξοδον ἑρμηνεία, ποῖς σαφήνειαν ὑπατηδέος, ἡ δὲ οἷς τὴν κεφαλαίων, εἰς μεμίμημ-

A fiunt, in his duobus libris ipsi oratio est, propterea narrant inscripros fuisse de Officina Medici, proindeque etiam doctrinæ ordinem exquisitè non servari. Nam & hoc in libro de fracturis, ipsum quarundam luxationum mentionem fecisse; & in sequenti de articulis luxatis quædam non pauca de fracturis inseruisse. Verùm quibus præstet hosce libros non ab aliquo sejunctos; sed à principio duos scriptos fuisse, ab iis in quibus magis versantur, inscriptum nomen dedisse pronuntiant. Sic enim opinantur ipsi eorum inscriptiones feciſse, indeque auspicati prolixam orationem ducunt, ostendentes plurimos ipsius libros hac ratione inscriptos esse. Equidem an in unum contulerit ipse Hippocrates ambo hæc opera, an non, dicere non habeo. Procedente autem oratione, ostensurum me polliceor fracturas doctrinæ cognatione, luxationibus, de quibus hoc in opere scripsit, esse conjunctissimas; item luxationes fracturis quas in libro de articulis docuit, juxta ea quæ in illo opere de luxationibus dicta sunt. Cur verò in proposito nunc textu, *tum luxationum, tum fracturarum*, protulerit, permutato orationis ordine, cùm scriptis mandare debuerit, *tum fracturarum, tum luxationum*, ut qui primum de fracturis doceat hanc unam rationem proferendam habeo. Etenim tum ab Hippocrate multoties & à cunctis majoribus quicunque eloquentissimi fuerunt ralem eloquurionis ideam comparatam fuisse constat. Fortassis igitur non dicendorum ordinem, sed ordinis concenrum animad verterunt; imò verò exquisitum ordinem in hujusmodi orationibus prorsùs neglexerunt *Extensiones quamrectissimas facere*. In quibus membra luxata, aut fracta sunt, extensiones quam rectissimo habitu figurari præcipit, sed an ipsa extendi debeant hic non apposuit. De habitu verò in quo membra collocari deceat dum extensio celebratur, longa oratione pertractat. Licebat igitur ipsi in opere rei veritatem docenti eos qui secùs sentirent, silentio prætermittere. Enimvero non hac in oratione solùm, sed etiam in cæteris omnibus honestius est agnoscere, orationum nonnullas quidem esse quæ summatim res proferunt; atque hæ profectò sunt brevissimæ; nonnullas verò his maximè contrarias, quæ res fusè latéque explicant, nullâ omnino prætermissâ, quæ utiliter enunciari valeat. Cæteras verò ad omnes his interjectas esse; has quidem ad brevissimas, illas longissimis propiùs accedere; quemadmodum rursùs aliàs à medio distare paululum secedentes. Utriusque igitur generis singulas pro arbitrio & ocio legere opus est; Eos autem minimè accusare qui ob breviloquentiam obscurius scribunt; neque eos qui perspicuitatis studio productius ferunt. Non enim lex illis imponenda est, quum hæc nullum profectum allatura sint, sed accipere debet unusquisque quod sibi utile sit, intuitus doctrinæ scopos non omnibus libris eosdem esse. Verbi gratia, quòd hi duo libri tum de fracturis, tum de luxationibus copiosè quidem se docturos denuncient, summatim verò *vectiarius*, qui eandem ac cæteri doctrinam complectuntur. Quod ad res spectat idem summatim agit. Est autem oratio copiosa ad perspicuitatem idonea.

Compendiosa verò ad memoriam. Hæc oratio à me semel enunciata tuæ memoriæ perpetuò insideat. Jam vero mihi de rebus quas docet posthac differenti accuratè mentem adhibe. Ipse namque posteà quærit an sive fractum os componendum, sive luxatum in suam sedem collocandum sit, extendere priùs oporteat. Mihi autem nunc se prodit occasio, ipsi perspicuitatem explanationis scopum habenti, ad quam orationis ordo quamplurimùm confert rerum omnium consentaneatum nihil quidem denunciare ipse. Non ordinis duntaxat, verum etiam modi singularum omnium orationum est perspicuitas. Non enim alia de causa explicationem scribimus. In libris igitur de motu musculorum docuimus maximè quidem proprium ipsis esse, prout ad reliquas corporis partes referuntur, maximè vero commune, prout ad sese invicem, in seipsos subsidere exemplo simili lori, chordæ, aut funis. Quemadmodum enim hæc distendimus, ubi utrisque extremorum prehensis in contrarium attrahimus; quibus dimissis ac positis, ipsa contrahuntur: sic etiam musculi in ossa utrisque extremis inserti connexiones quidem suas iis, quæ manibus fiunt, prehensionibus consimiles sortiantur. Ab ipsis autem attracti ad contrarium extremorum medium, quod est universum ipsum corpus extensum, detinent. Quamobrem quum quis eorum omnes fibras transiverim interciderit, partes vulneratæ plurimùm à se invicem diducuntur, illa quidem sursùm ad totum musculi caput, hæc vero deorsùm ad caudam, ubi alteri ossi in membrum inseritur post articulationem. Quum igitur articulatum os citra musculi tensionem è propria sede exciderit, vel illam in partem, ad quam inserta musculi cauda luxationem fecerit; ut qui totus ad eundem concurrat, & ad proprium caput attrahatur pars membri ipsius cui nectitur, simul revellitur, quod caput est ossis, quod in articulationem inseritur, quo contracto, os quoque contrahitur.

A Præcisarum musculi partium retractio.

B Ossis caput à musculo contracto altrius sublatum.

Hoc autem in affectu accidit caput ossis, quod in articulatione subjectum est, in obsequenti sede sublimiùs collocari. Quare fieri non potest ipsam in propriam sedem restitui, priusquam protenso toto osse, deorsùm tantùm compellatur quantum præter naturam se extulit. Hæc igitur causa datur qua ossa luxata priùs protendenda sunt. Quod autem & contrita ossa protensiones desiderent, inde maximè didiceris. Quemadmodum in luxatis restituendum est quod excidit: sic in fractis quod affectum est, componendum, ita ut contriti membri extrema se tangant. Est enim fractura continuitatis in osse corruptio, quemadmodum ulcus in carne. Utrique autem extremum sanationis est ab initio unitatem reducere. Hoc autem fieri non potest, nisi fracti ossis partes è regione collocentur. Hæc autem operatio conformatio vocatur. Itaque si exilis fractura fuerit, utrinque affecti ossis partium sedem propriam tuebitur; si vero universum os contritum sit, ejus partes inter se mutuo cedere necesse est, has quidem, si ita sors tulerit, in anteriorem,

A ὅπως μὲν ὁ λόγος ἅπας εὐμνήμονος ἐμοὶ, ἀεὶ συμμιμνησκέσθω, σοὶ δὲ τῆ προσηκούσῃ, ὦ θηδάσιε, τὴν πίστιν ἤδη διηρθρωμένῃ μοι πρόσεχε τὸν νοῦν ἀκριβῶς. αὐτὸς μὲν γὰρ ὕστερον ἄνωθεν, ἀλλὰ πάλιν ἀρχὴν καταπείσει προτεῖναι, εἴτε ἐξαρθρηθὲν μέλλοις τὸ κατατρίς, ὀστοῦν εἴτ' ἐμβαλλειν ὃ ἐξαρθρηκός. ἐμοὶ γὰρ νῦν φαίνεται καιρὸς ἀπὸ τῆς ἐξηγήσεως, εἰς ἣν, ὅπερ μέγιστον ἡ τάξις ἔχουσα σκοπὸν τὴν ἐξηγήσεως μάνον, ἀλλὰ καὶ τὸ μέτριον ἐν μὲν δηλοῦν αὐτὸς, ὥσπερ ἐσὶ ὅτι τοῖς ἐξηγουμένοις. ὁποιοῦ δ' σκοπὸς, ἢ τῆς τάξεως μάνον, ἀλλὰ καὶ τὸ μέτριον ἐσὶν. οὐδὲ γὰρ ἴδιον ἐν τοῖς περὶ μυῶν λόγοις, ἢ ἔχουσιν εἰς τὰ μόρια τοῦ σώματος, ἢ τὸ συνέχεσθαι ἀλλήλοις, αὐτοῖς ἐξ ἑαυτοῦ ὃ συνισάνειν εἰς ἑαυτὸς, ἀπάλληλον σφᾶς τε, καὶ χορδαῖς, καὶ χιονίοις. ὥσπερ γὰρ ταῦτα διατείνομεν, ἐπειδὰν τὰ πέρατων ἑκάτερον λαβόμενοι, ἐπὶ τἀναντία ἕλκωμεν, ἐασάντων δὲ, ἐκ τεθέντων, αὐτὰ συνέρχεται. ὅτω καὶ οἱ μῦες εἰς ὀστοῦν ἐμπεφυκότες ἑκατέρα τῶν πέρατα, τοῖς μὲν συναφθοῦσι εἰς ἑαυτὸς αὐάγκαζον ἕλκεσθαι τοῖς δ' ἐκ χεῖρα γινομένοις λαβαῖς. αὐτοπαθούμενα δ' ἐπ' αὐτῶν εἰς τἀναντία ὃ μέσον τῆς ὅλης ἄπτεται, ὅπερ ἐσὶν, ὅλον αὐτὸ ὃ σῶμα τεταμένον ἔχουσι. καὶ δὴ τέτο, ὁπόταν τις αὐτῶν ὅλας τὰς ἴνας διαπείρας ἀξιομίσῃ, διατεθῆναι τὰ μέρη, πλεῖσον ἀπ' ἀλλήλων ἐλκόμενα, ὃ μὲν ἄνω, ἐπὶ τὸ μυὸς ὅλον κ. λον, ὃ δ' κάτω, ἐπὶ τὸ πελυτὸν, ἔνθα καθέυδησι τὸν ... τερα κ' ὃ κῶλον ὄν, μᾶλλον τὸ ἐξάρθρημον. ὅταν δ' ὧν αὖθις τὸ πεπηδὸς τὸ μῦν, ὁμοίως τὸ ἰδίας ἕδρας ὃ ἐξαρθρηθὲν ὀστοῦν, ἢ καὶ ὁλόκληρον ὃ μέρος, εἰς ὃ τὸ ἐκπεσὸν ἐποίησε, καθάπερ φύκλα πελωτὸ ὃ μυὸς, εἰς ἃ ἐκ εἰς αὐτὸν ὅλον συνεπέρχεται αὐτὸ, ὡς ἐπὶ τὸ ἴδιαι κεφαλαὶ αἰζηκυῖαι, συνθλασθεῖσαι συμφυεῖς αὐτῷ τῷ κώλου μέλεσι, ὅπερ ὅτι ἡ κεφαλὴ τὸ κῶλου ἐξάρθρωσιν ὀστοῦ, τῆς δ' ἀναπαυμένης, συνεκπαύεται καὶ ὃ σύμπαν ὀστοῦν.

Ἐν τέτῳ δὴ τῷ παθήματι συμβαίνει, τὴ κεφαλὴν ὃ ἐμπεσόντος ὀστοῦ, τὴ ἐξαρθρωμένης ἕδρας ὑληθεῖσαν γίγνεσθαι, ὥστε ἀδύνατον, αὐτὸν ἐμβαλεῖν εἰς τὴ οἰκείαν ἕδραν, πρὶν καταπιάνῃς ὃ σύμπαν ὀστοῦν, μεζόνως καὶ πλεῖσον ὅσον ὑπὸ φύσεως δέδεκται. αὐτὴ μὲν ὧν ἡ αἰτία τῆ καταπιάνεσθαι δεῖσθαι πρότερον, ὅταν τὸ ὀστῶν ἐξαρθρήσῃ. ὅτι δὲ ὃ σωτηριώδεσε, δῆλον καταπάσῃς ἐνθένδε. αἱ μάλιστα μάθοις· ὥσπερ ὅταν τὴν ἐξαρθρηθεῖσαν ἐμβαλεῖν χρὴ ὃ ἐξαρθρήκὸς, ὅταν ὅταν τὴν καθηθῶτων ἀλλαπάσῃ ὃ πεπηδὸς, ὥστε ἡμᾶς ἀλλήλων, τὰ πέρατα τὴν μυῶν ὃ σωτηριώδεσε. ἐὰν μὲν γὰρ ὃ κάθαρμα, ἀβοήθητος τὸ ἐν ὀστῷ σύνοχείας, ὥσπερ ὃ ὕγκος, τὸ ἐν ἕρκι. πέρας ἢ ἐκατέρα τὸ ἰάσεως ὄντι, τὸ ἐξ ἀρχῆς ἕνωσιν αὐακτήσασθαι, ἀδύνατον ἢ τέτο, χωρὶς ὃ καὶ διὰ τοιᾶδε τὰ μέρη ὃ κατεθθῶτος ὀστοῦ. καλήσω ὃ ἐξάρθρωσις, ἢ πρόθεσις αὕτη. εἰ μὲ ὧν εἴη μικρὸν ὃ κάθαρμα, φυλαχθῆ τὸ ἴσον τὸ οἰκείας, ἐκείνου ἢ παθόντος ὀστοῦ μοίρων. εἰ δ' ὅλην συντεθῆ ὃ ὀστοῦν, αὐαπαῦσον ἐν τῷδε, πρῶτον ἀλλήλω αὐτὰ τὰ μέρη. τὰ μὲ, εἰ ὅπως ἔτυχε φύσις, τὰ δ' ὑπίσω μηδισάμενα, ἢ τὰ μὲ εἰς δεξιὰ, τὰ δ' εἰς

ἀριστερὰ. δεῖ δὲ τὰς χεῖρας ἀμφοτέρωθεν ἐκατέρωθεν μεταλαμβάνοντας τὸ κῶλον, τὸ μὲν εἰς τὸ ὀπίσω, τὸ δὲ εἰς τὸ ἔμπροσθεν μεθιστάμενον, διωθοῦμεν ὀπίσω, τὸ δὲ εἰς τὸ ἔμπροσθεν, μεταγόμενον ἔμπροσθεν, τὸ δὲ μὲν εἰς τὰ ἀριστερὰ, ὡς τὸ δεξιὸν μεθιστάμενον. ὅσα δὲ εἰς τοῦτο μετίσῃ τὸ χειρίον, τοῦτ' ἀνάγκη μετάγεσθαι, ὡς ἂν πάντα ἀλλήλοις, τὰ μέρη ἕκαστα συμπεσεῖσθαι ὀρθά, ὡς τὸ χρεὼν ἕκαστα ἁρμοσθῆναι. κίνδυνος οὖν, ἐν τούτῳ τῷ ἔργῳ θραυσθῆναί τινας ἐξοχὰς τῶν καταγμάτων. ἢ γὰρ δι' ἀκριβείης ὕστερον, ἐκάτερον τῶν τεσσάρων γόνατος λεῖον, ὡς ἂν τὴν μαχαιρωτὴν τομέων. οἱ μὲν γὰρ ὀδοντωτοὶ καλούμενοι, ἢ αὖ οἱ, πριονώδεα ἐργάζονται.

A illas vero in posteriorem regionem; alias quidem in dextram, alias in sinistram luxari. Quamobrem ambabus manibus utrumque membrum prehendentes, quod in anteriorem luxatur, in posteriorem impellimus; quod in posteriorem, in anteriorem compellimus; quod in sinistram discedit, in dextram trudimus; quod hanc in regionem prolapsum est, in alteram deducimus, ita ut omnes contriti ossis partes per manus componentes, in contrarias partes mutuò urgeantur. Itaque dum hæc fit operatio, periculum est, ne quædam fracti ossis eminentiæ per-
B fringantur. Non enim certè ita exactè utrumque os extremum lævæ redditur ut à gladiis serris similibus. Qui nanque dentati vocantur, hi asperitates efficiunt.

C Fracti ossis alternatio, & asperitas. D Serra cultraria. E Serra dentata.

Διὰ τοῦτ' οὖν, ἀπαίροντες ἀλλήλων, τὸ μὲν, ἄνω, τὸ δὲ, κάτω, μέρη τοῦ καταγματος, ἐπὶ τὴν ὀρθοπαιδικὴν ἀφικνεόμεθα, διαλύσεις ἐν τῷ παραυτίκα ἀλλήλοις τὰ προσπεπλεγμένα, ἐκ τραύματί τινας ἐξοχὰς αὐτῶν. ἔστι δ' ὅτε
C ἂν ἐπιχειρήσωμεν τοῦτο ἀλλήλοις. ὅταν γὰρ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης οὐκ ἐμέσου τοῦ μέλλοντος ὀρθοπαιδεῖν ὀστοῦ, ὅταν εἰς τὰ οἰκεῖα ἄγωμεν χώρον. ἵνα οὖν τὰ διεσπασμένα ἐκβήκωμεν, τὸ μὲν, ἄνω χρὴ τὸ μέρος ἕλκειν, τὸ δὲ, κάτω, καὶ πολλοῦσιν ἤδη ἵπποις πολλοὶ οἱ ἰατροὶ, ποτὲ μὲν, τοῖς χεροὶ μόναις τῶν ἰατρικῶν ἐπιξένοντες, ἔστι δ' ὅτε, ἐς βοῆθειαν ἐπικαλοῦντες, ὅταν ὑποπεπτώκασι αὐτοῖσιν χεῖρες ἰσχυραὶ, ὅτι μὲν οὖν ἀπὸ καταπόνου ἐξαιροῦσι τοιαύτης τινὸς ἐπιμελείης τὸ ἄρθρον τε, καὶ καταγμάτων, ἐπιδέδεικται. ὅτι δ' οὐκ ἐν τυχόντι ῥήματι ποιητέον αὐτὰ ἔστι, λεκτέον ἐφεξῆς καὶ περὶ τούτων ἐγώ, ὅτι πεπάρων ἐνεργειῶν ὑπῶν ἐν τῇ καταγμάτων θεραπείᾳ, τάσιος, ἁρμοπηδίσιος, ἐπιδέσιος, ἀποθέσιος, ἓν κοινὸν ἐν πᾶσιν· δεῖ δὲ ἕν ῥῆμα. ἁρμοπηδεῖ μὲν γὰρ ἐν τῷ καθιστάναι. ἁρμοπηδοῦντι δ', οὐδὲν ἐπιδεῖ δεῖται, φυλακτηρίου τῷ ῥήματος ἐν ᾧ ἐπιτηδεύει. τοῦτο δ' αὖ πάλιν αὖθ, φυλάττεσθαι χρὴ τὸ ἀπίδησιν. μισθοῦνται γὰρ, ἔνια μὲν τῆς ἐπιδέσιος μέρη, χαλεποὶς ἕξεῖ τοῖς ἐπιδοῦσι τὴν ὀδύνην, ἔνια δὲ, ἀλυσιτελῆ. αἱ μὲν οὖν χαλασεῖ συγχεούσαι κνέας τοῖς ὀστοῖς, ἁμαρτάνεται τῆ ἁρμοπηδήσει, αἱ δὲλίσουσαι ἧ, πόνον ἐργαζόμεναι, φλεγμονὰς ἐργάσ. ὅτι μὲν οὖν, ἓν ἕξ) δεῖ ῥῆμα κοινὸν τῶν ἐπιρρήμων τεττάρων ἐνεργειῶν, ἐπιδέδεικ). τεντεῦθεν δ' ἐπισκεψόμεθα, πόσι τισὶ σκοπῆς σκοποῖς εὑρεῖν χρὴ τοῦτ', ὅτι τοιούτων μὲ ἄντων ῥῆμα, ὃ χρεὼς μεγάλης τάσιος, εἰς ἁρμόσιον ἄγειν τὰ κεχωρισμένα τῶν ὀστῶν, ἐν ἀποθέσει δὲ, ὃ ἀνωδυνώτατον. ἔστι δ' ἀμφότερα δι' ἐκείνου ἓ ῥήματος, ὅτι περ αὖ ἐπὶ βιαίοις τάσιν τοῖς ἵνας ἐ μυᾶν. ἐπὶ βιαίοις ἧ τείνῃ, τὸ καὶ ἐν τῷ μέρος ἓ κώλου φυλάττοντα τὸν ὅλον μῦν. ἵνα γὰ, ἐκ μὲν τῶν ἔνδον ἔχῃ πῶ ἐκφεύγειν, ὅτου ἧ αὐτὸν ἐκρηκτήσῃς, ὡς τὸ μέσα μὲν αὖτ', κάτωθεν ἕλκῃ ἓ κώλου, ὃ πέρας ἧ, ἐπάνω, ἢ τὰ μέσα μὲν ἄνωθεν, ἐξάνω δὲ, ὃ πέρας ἀγαγὼν, ἐλιτόμενος ἐν τῷδε τῷ κώλῳ, ὅτι πλέον ἐκτίνει).

Quamobrem fracti ossis partes in diversa mutuo, illa sursùm, hæc deorsùm deducentes ad se invicem accedimus, caventes in adducendo partes immutatas in se invicem aliquas ipsarum eminentias confringi. Hoc autem prorsùs accidit, quum ossa sub aliis alia condantur. Sic enim Hippocrates ossium quæ conformantur partes nominavit, quum in propriam regionem reducuntur. Ut igitur quæ sejunctæ introducuntur partes, alteram quidem sursùm, alteram verò deorsùm attrahere oportet, quod jam omnes Medici ita faciunt; rem quidem interdum solis ministrorum manibus committentes, interdum verò laqueos injicientes quum contraria vehementi contentione opus habeant. Quod igitur ab extensione tum luxationum, tum fracturatum curationem incipere deceat demonstratum est. Quod verò ipsa extensio non in temeraria figura facienda sit deinceps dicendum. Atque illud imprimis quum in fracturatum curatione quatuor sint operationes, extensio, conformatio, deligatio, & depositio, unum in omnibus habitum esse communem oportet. Conformatio quidem in extensione fit. Quod conformatum est, id quamprimùm deligandum conservato membri habitu, quo conformatum est. Hunc ipsum rursùs tueri oportet per depositionem. Translatæ siquidem nonnullæ deligationis partes làxas fasciarum injectiones habebunt; nonnullas verò prementes. Laxæ quidem ossibus moveri concedentes conformationem corrumpunt; prementes verò dolorem excitantes inflammationem procreant. Quod igitur unum habitum esse oporteat, quatuor enuntiatis operationibus communem demonstratum est. Deinde verò speculemur quibus scopis incumbentes hunc habitum invenire deceat, quod tendentium quidem optimus habitus sit, qui citra magnam tensionem ossa separata in continuitatem ducit; quum continetur, ille qui minimè lædit, utrunque præstat, qui ita figurat, ut musculorum fibræ directæ intendantur. Directæ autem intenduntur, quum ab ima membri parte universus musculus collocatur: nam, si musculus, qui suum initium habet à parte interiori, ita collocetur, ut medius ab interiori parte membri, extremus ab exteriori; vel sic, ut medius à superiori, extremus ab interiori situs sit: hoc pacto circa mem-

rum in cochleam serpens magnam vim requirit, cum intenditur. A

A
Musculorum directio.

B
Musculorum distortio in supinæ manus figuratione.

Itaque si hoc modo figuratum musculum extendas; dum fracti ossis partes abundè diducantur, vehementer dolebit, magno cum periculo, ne convellatur. Constat enim intensionis vi convulsos interdum musculos fuisse. Quare eundem esse habitum constat, qui minimè lædit, & qui musculos nullo modo perversos continet; quod apertè Hippocrates expressit, volens brachium cubito tantùm inniti, non ex toto curvatum, aut extentum; sed in medio inter hæc collocatum. Quem habitum ipse docuit optimum esse, primo, quod cubiti os longius est radii sede, ipsumque firmiter sustinet; deinde, quia musculi, qui oriuntur ab interiori tuberculo humeri, extrema habent ab interiori parte totius brachii qui ab exteriori incipiunt, ab interiori finiuntur. Cujus autem musculi initium, & finis ab interiori parte sunt totius brachii, hujus, & reliquæ omnes partes, & propterea totus ipse musculus. Similiter cujus extrema ab exteriori parte sunt, & ipse totus ab exteriori parte est totius membri. Quin & experimentum indicat, hunc habitum minime lædere. Ex duobus verò, quibus hic interjicitur supinus, musculos plurimùm pervertit, minusque dolori est. Habes de brachio figurando summatim omnia, quæ latiùs deinceps Hippocrates docebit, eâ ratione usus, quæ perfectè planéque rem exponit, itaut paucis omninò opus sit ad ea exponenda, iis præsertim, qui imbuti sunt puerilibus disciplinis, vel apud doctores librum legerunt, quibus sanè commentaria scribuntur.

Εαὶ μὲν οὖν ἐν τούτῳ τῷ σχήματι κατατείνῃς αὐτὸν, ὡς ἐκεῖνός ἔλαφήσας τὸ μέρη ὃ κατέαγός ὀστοῦ, ἢ στρεβλοῖς ὀδυνήσει, ἢ καὶ δυσθεσίᾳ ἁλῷσαι δεῖ. καὶ μέντοι ἢ διεσπασθησαι ἤδη μῦες σκνειμένης ἕξεως, ᾗ δῆλον, ὡς ἐν ᾧ τόπῳ ἐστὶν αὐωδυνώτατον τὸ ἄκρον, ᾧ τοὺς μύας ἀλύσιτρόφους φυλάττειν φησὶν, ὅπερ Ἱπποκράτης ἐδήλωσε σαφῶς, ἐρηρεῖσθαι κελεύσας τὸν πῆχυν ὅλῳ τῷ χείρι, μήτε συντεθλιμμένῳ ἄκρως, μήτε κεκαμμένῳ, ἀλλ' ἐν τῷ μέσῳ τούτων. ὅπου δὴ ἄριστον εἶναι τὸ σχῆμα, αὐτὸς ἐδίδαξε πρῶτον μὲν ἐξ, ὅτι ὁ τοῦ πήχεως ὀστοῦν, μακρότερον ἐστὶ τῆς κερκίδος, ἑδρᾶς, καὶ τιθέμενον βέβαιον αὐτὸν ἔχει. οἱ δὲ μῦες, οἱ ἐκ τοῦ ἔνδον κόνδυλον ὁ βραχίονος συμφύόμενοι, ἅπασι κάτω τελευτῶσ ἔξωθεν ἔχουσι τῆς ὅλης χειρὸς, οἱ δὴ ὁμοίως τοῦ ὤμου. ὃ δὴ ὧν μύες, ἢ τ' ἀρχὴ, ἢ τελευτὴ, καὶ πᾶν ἐπὶ μέρους ἢ τῆς ὅλης χειρὸς, τοῦτο ἐστὶ καὶ αὐτὸ συμπτωτὸν μόριον. καὶ ὅλῳ τῷ, ᾧ αὐτὸς ὅλος ὁ μῦς. ὥσπερ γὰρ ἢ τελευτὴ, ἢ ὅλος ὁ μῦς ἔστ ἔξωθέν ὄντι ὅλου τοῦ κώλου. καὶ μὴν δὴ ᾧ ἡ πεῖρα, δείκνυσιν αὐωδυνώτατον ἕξιν τοῦτ' ὂν σχῆμα. πρὸ ᾧ ἐφ' ἑκάτερα τοῦτο, ὃ μὲν ὕπτιον ὅτι πλεῖστον τε ἀλύσιτρόφες τοὺς μύας, ὀδυνηρότατόν τε φαινόμενον δείκνυσι. ὃ δὲ πρηνὲς, ἐλαφρότερα μὲν ἢ δύσφορον, ἐρεθιστικὸν δὲ τοῦ ὀδύνην ἐργάζεται. ἐάρηται σοι δυνάμει πᾶσιν, ὡς ἐπὶ τῶ σχήματος τῆς χειρὸς, ἃ δεῖ μέλλειν Ἱπποκράτης ἐφεξῆς ἐρεῖν δηλῶσαι, λέξει διεξοδικῇ δὲ ὧφελιμος, ὡς ἐλέγω πρόσθεν καὶ αὐτὸν ἐξηγήσασθαι δεῖν, τοῖς παιδοδιδασκάλοις ἐν παισὶ παιδείαν, ἢ πρὸς ὀδυσκάλοις ἀναγινώσκειν τὸ βιβλίον, εἴπερ δὴ καὶ γεγράφθαι τὰ ὑπομνήματα.

HIPPOCRATIS TEXTUS II.

EA namque justissima est natura.

GALENI COMMENTARIUS.

AC si dixerit maximè proprium. Quum enim unicuique rei quod proprium est, servatur, tum ea justè se res habet, tum administratur. Quid autem aliud in corpore proprium est, quàm quod secundum naturam sit, non facile intelligitur. Quum ergo unicuique parti & figuræ, & colori, & magnitudini ineat proprium, optimè afficiuntur.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΡΗΣΙΣ β'.

Αὐτὴ γὰρ ἡ δικαιοτάτη φύσις.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ὡς εἰ καὶ οἰκειοτάτη εἶπεν. ὅταν γὰρ ἑκάστῳ τοσοῦτο μόνον οἰκεῖον φυλάττηται, δικαίως ἔχά τε, καὶ δίκαιόν ἐστιν αὐτῷ. ὃ δὲ ἄλλο οἰκεῖον ἐν σώματι, πλὴν ὃ κατὰ φύσιν, οὐδ' ὁπωσοῦν ῥᾴδιον. ὅταν οὖν ἑκάστῳ μορίῳ, καὶ σχήματι καὶ χρώματι, καὶ μεγέθει σύμμετρα τὰ οἰκεῖα, ἄριστα διάκειται.

HIPPOCRATIS TEXTUS III.

QVod si quis in hanc vel illam partem propendeat, præstat in pronam tendere. Levius enim pronam eam in partem peccatum est, quàm in supinam.

GALENI COMMENTARIUS.

QUæ ad usum sunt accommodata, ea omnia lata, blanda, specie valida esse oportet; neq; linea ante convoluta esse debent, præparata tamen ante, quam vis adhibeatur, omnia, moderata tum longitudine, tum latitudine, cũ crassitudine; velut in femoris distensione, quod est ad malleolum & supra genu deligari debet, & pet hæc quidem eodem distẽsio fieri; juxta lumbos autem & circa axillas, & ad interfœmineum, & femur, F vincula injici debent, ac media sui parte, partim quidem ad pectus, partim vero ad dorsum tendere; hæc vero ad id quod subter est, quo omnia extenduntur deliganda, sive ad pistillares fustes, sive ad asellum: in lecto igitur si istud moliare, hæc quidem lecti fulcra ad januæ limen offirmare oportet, ad altera vero lignum validùm transversum objicere, pistillaribus autẽ fustibus qui supra

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

ΝΟμος ἐμβολῆς καὶ ἐξορθώσιος, νόμος μοχλὸς, σφίγγισις, τάσσονος μὲν ἀναγκαῖον. μοχλὸς δὲ προσφέρειν. τὰ δ' ἐμβαλλόμενα, ἢ ἐξορθωτέα ἀφαναγκάσαι δίκτεινόντα. ἐν ᾧ δ' ἂν ἕκαστα σχήματι μέλλῃ ἐπανορθοῦσθαι. ὃ δ' ἐκβεβὼς ἄνωθεν τούτου ὧδεν ὀξίσθω τῶτο δ' ἢ χερσὶν, ἢ κρεμασμῷ, ἢ ὄνοισι, ἢ σφίγγι. χερσὶ μὲν οὖν, ὀρθῶς κὴ μέρεα, καρπὸν δ' καὶ ἀγκῶνα ἀνάγκη ἀφαναγκάζειν· καρπὸν μὲν ἐς ἰσὸν ἀγκῶνος, ἀγκῶνα δ', ἐγγώνιον ὡσὲς βραχίονα ἔχοντα. οἷον πρὸς τὸν βραχίονα, ὃ ἐπὶ τὸ τῶν χείρεα ἐπιστρεπόμενον, ἐν οἷσι δ' δακτύλοις ποδὸς, χειρὸς, καρποῦ, ὑφώματος, ὃ ἔξω ἀφαναγκασθὲν δεῖ καὶ κατεναγκάσαι. τὰ μὲν ἄλλα ἐπὶ χειρὸς αἱ ἀφαναγκάσιες ἰκμαί· κατεναγκάσαι δ' ἐς ἔδρην, καθέρπη ἢ ἥναρι ὅτι λίθος· ὥστε κὴ μὴ ὃ ὀξέχον, ἐπισκέπτεσθαι ὄγκον σύμμετρον μαλθακόν. χρὴ δ' ὃ ἕτερον, μίσωρ ἐπὶ δὸν χρὴ ὠθεῖν ὁπίσω καὶ κάτω, ἢν τε ἔσω, ἢν τε ἔξω ἐκπεπτώκῃ. τὰ δ' ὀπὶ πλαγίων, ὃ μὲν ἀπωθεῖν, τὰ δ' αὐτωθεῖν ὁπίσω ἀμφοτέρωθεν, καὶ ὃ ἕτερον. τὰ δ' ὑφώματα τὰ μὲν ἔσω, ὅτε πλαρωῖ, ὅτε βηχὶ, ὅτε φύσις ἐπέσῃ, ὅτε σικῶν, δεῖ δὲ ἢ καπάτισιν, ἢ δ' ἀπάτη, ὅτι οἷόν τί ποτε καταγλύπτων τῆς κοιλίης, ἢ τὰ λορδώματα ἀφ' τῶν ὀδωδῶν ἐνδεῖ ἔσω ὀλιοσηκέναι. ταῦτα δὲ ἐπιγίνεται, καὶ ῥᾴδιον. ἢ δ' ἔξω, καπάτησις, τὰ μὲν ἄνω ἐπὶ πόδας, τὰ δ' κάτω, ἐναντία. κατεναγκάσις δὲ, συνκαπάτησις, ἢ ἕδρη, ἢ ποδὶ, ἢ σφυδὶ. ἢ δ' ἔνθα, ἢ ἔνθα, εἴ τις καπάπατης, καὶ ἐπὶ ἢ σχήματα ἐν τῇ ἀφέτῃ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κ'.

ΤΑ ἀρθρωτὰ πρὸτα ἔδι πλαγία, μεσοπνέα, ἰσομεγὲ ἐόδη. μὴ δὲι ῥάκεσι περιπεπλίχθαι ἐσκυδαλάθῃ πελὶ ἢ ἐν τῆσιν αἰάγκῃσι. πρῶτα συμμεμετρημένους, τὰ μήκεα, καὶ ὕψεα, καὶ βύρεα· ἀφάπασι, οἷς μηδὲν ὃ πρὸς σφυδὶ δεδέσθαι, καὶ ἀνὼ τῶ γουάπος. ταῦτα μὲν ἐς ὃ αὐτὸ πίνοντα. πρὸς δὲ ἰξυὶ, καὶ πρὸι μηρῶν, καὶ κατὰ ἀξύνεον, ἐς μασχὴ, ἐς μαπὶ τὰς ἀζυγὰς. ὃ μὲν ὃ σῆθος, ὃ δ' ὄπι τῶν πίνοντα· ταῦτα δ' ἐς ὃ ὑπὸ ἄπονται πινόντων προσδέδηται, ἢ πρὸς ὑποφοδέα, ἢ πρὸς ὄνον. ὅπι μὲν οὖν κλίνης πιέοντι, τῦτο μὲν τῆι πρὸς τὸν ἐδὲν χρὴ ἐρᾶσαι, πρὸς ἢ ὃ ἕτερον, ξύλον ἰσομεγὲ πλάγιον παραβεβλῆσθαι, τὰ δὲ ὕπερθεν ὑποφοδέα πρὸς ταῦ-

πα αὐτησελίζοντα ἀξιοτίνειν, ἢ πλίνθους κατορύξας, ἢ κλίμακα ἀξιοῦντα, ἀμφοτέρωθεν ὠτείειν· ὃ ἢ κοινὸν σανὶς ἐξάπηχυς, ὕψος διπήχης, πάχος τριδακτύλου, ἔχουσα ὄτους δύο τραπεζοειδεῖς, ἔνθεν καὶ ἔνθεν. ἔχουσα δὲ καὶ μέσην σχισιν ξυμμέτρως, ἐξ ὧν κλιμακτῆρες πηχυαῖοι, ἐς τὸν ὑπόστασον ἐκ ξύλου, ὥσπερ τὰς κατώμφ, κεκεγλυφοὺς ἢ, ὥσπερ λίνοιοι λείας ἔχειν, τετραδακτύλους ὕψος καὶ βάθος, καὶ ἀξιοῦσιν ἐσοῦτον, ὅσον ἐωτῆ τῇ μοχλοῦτι ἐς ὕβρωσιν. ἐν μέσῳ ἢ τετράγωνον κεκεγλυφὼς, ὅθεν σχίσιν ἔχῃ, ὃς ἐκδὲ ἐξίνεον ἐὼν, ἐξερέπειν τε κωλύσιεν, ὅ, τε ὑποχαλασθεὶς ὑπομοχλοῦτ. χρὴ ἢ τὴς σανίδος, ἢ ἐν ᾧ πίσσῃ ὃ ἄκρον κεκεγλυμθὸν τι ἐχούσης τὸ ξύλου, ὥσπ ὃ ἄκρον, ἐπὶ ἢ ὑπτιον κατεμαγκάζειν, ὑποπόδιτα μεγάλα ὑνος σύμμετα.

A

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κα'.

Οἷσιν ὀτέον ἀπὸ ὑπερώης ἀπῆλθε, μέση ἴζει ἡ ἰὶς ἐυτείσιον. οἱ ἢ φλώμβροι κεφαλὴ αὖθ ἥκεος, ἢ πσσὸν, ἢ κεκξαστος, ἢ πτέρυμτος, ἐυτέων ἐνίοισι τὸ δριμέα ἔρχεται ἀπὸ κεφαλῆς καὶ τὰς φαρύγκας, καὶ ἀπὸ πεώματος ἐν τῇ κεφαλῇ. καὶ ἐς ὃ ἤπαρ, καὶ ἐς ὃ μεσέν, σπειῖα ὠξαγλυμμάτων καὶ σκπωμάτων, καὶ ἢ, ὃ ὅπως, καὶ ὅσον ἀξιαφέρει ταῦτα θεὸς ἄλλησ. καὶ οἷσιν ἡ κατύλη πρέαγε, καὶ οἷσι νθυλον ἀπεπάδη, ὃ οἷσιν ὑπόφισις ἀπεαγε, καὶ οἷσι, καὶ ὡς, καὶ ἐν ἢ δύο ὄδῃ, ὑπὸ ἐυτέοισι κίνδυνοι, ὑγιέες οἷσι κακὰ, ὅτε κακώσεις ἀνάπυο, ὑγιείας ἀτοφήσας, καὶ ὃ ἐμβολητὸς, ἢ χειεσίη, καὶ ὅτε, ἢ ἃ ὃ, ἢ ὅτε ἢ. ὑπὸ ἐυτέοισιν ἢ σιέες, κίνδυνοι οἷα καὶ ὅτε χειεσίη. ὃ τὰ ὀν ἰγιείης, ἔξαρθρα, τὰ αὐξαιόλια, τὰ ἠυξημθύα, καὶ ὅ, ἃ ἄλσον, καὶ ὅ, ἃ βεβύτεεον, ἢ ὅ, ἃ χαλὸν, καὶ ὡς, ὃ ὀξὺ ὠν. ἢ ἐξὶ ἃ, ἢ ὅτι μυυδείη, ἢ ἦ, ὃ ὡς, ὃ οἷσιν ἔοσον· ἢ ὅτι τὸ κεκλῶτα, ἄλσον ἢ βεβύτεεον φυόμθα, ἢ αἱ ἀξιτροφαὶ, καὶ ὑπιπρώσιες γίνονται, ὃ ἄκρ ἐυτέων οἷσιν ἥκεα αὐτικα, ἢ ὄφεον γίνονται, οἷσι καὶ ὀφέα κεκλῶσι, μείω, οἷσιν ὄ, οἷσι κατακλῶτε ὀξέως, ὃ ἦ ὀξίχρ μᾶλλον, οἷσιν σκλαῖτα, ἢ ἀξόρα ὀξίχρα παχύτητ. ἢ δ' ἃ, ἐν οἷσιν ὁράσιν, ἐν οἷσι ἀξιτροοωῦτα, ἀμφὶ τὰ παθήμτα, ἀμφὶ τὸ ἀναπτύμτο, νόμοιτι τῖσι νομίμοσι. ὧδε ὑπιδέσιος, παεασκιὴ, πρόεξις, καθέσις, ὑξόρθωσις, ἀάτειμλις, ὑπίδεσις, ἀνάλημλις, θέσις, ζήμα, χρόνοι, δίαιτα, τὰ χρωνότατα τέχνα φύεται· τὰ δ' ἐναντία, ἐναντίας. Ἀμφιτροφαὶ, οἱ κυρτοὶ, ἄζυγοι, ἀνθυγοι. ὃ ἐμπεσὼν ὸς ποσπατάτα, ἢ ὃ σκπεσὸν ἔσω, τὸ χαλεῖον ἃ ὀξέπεσε. ὑδρωπ, τὸ μὴν ἐν κοιλίσ, ὃ ἐν πλάδι ὑπιδυτικὸ. τὸ ἢ μὴ ἦσον. ἐξίσιν ἢ αὖ σκπέσῃ, ἢ ἐμπέσῃ τέχνα. πυρετοφύσιν μὲν ἐμβαλεῖν, μηδὲ τεταρταῖα, πεμπταῖα ἤκιστα ἀγκῶνα, ὃ τὸ παρκοιδια πάντα, ὡς τέχνα ἀρίστα, τὸ φλεγμονὴν

C

D

E

F

sunt, ad hæc obnixis, distensionem facere sex cubitorum, latitudinis bicubitalis, crassitudinis dodrantalis, duos humiles asellos hinc & inde habens; in medio quoq; columellas habeat, in quas velut scalæ gradus expoliti infiguntur, quæque ad subsistendum moderata ad lignum magnitudine, se habeant, velut in demisso humero contingit. Cava quoque lævia exsculpta veluti quosdã alveos habere oportet, quatuor digitorum latitudine & altitudine, tantumque inter se distare, quantum ad directionẽ, in ipsa per vectem molitione, satis esse videatur; in medio vero cavum in quadratam figuram exsculptum esse debet, in quod columella immittatur, quæ juxta interfœmineum posita, desluere corpus vetet, quando aliquanto laxior immissa, molitiem quandam faciet; oportet autem tabellæ lignæ, aut quæ summum in pariete quodammodo insculptum habeat, extremùm protrudere, & in alteram partem vim pellere, supposito molli aliquo quod conveniat.

CAPUT XXI.

QUibus ex palato os discessit, iis medius nasus desidit; quibus vero caput circa ulcus colliditur, aut reliqua incidente, aut frangente, aut apprimente, eorum nonnullis ex capite in fauces acria veniunt, & ex capitis vulnere, ac ad jecur & femur partium, ubi alia super aliam effertur, & luxationem fecerunt, notæ redundant, & quatenus quaque ratione, quantumque inter se differant considerandum. Quibus quoq; acetabulum perruptũ est, & quibus nervus aliquis divellitur, & quibus os adnatum perfractum, tum quibus & quanam ratione unum etiã, aut duo (in quibus os geminum est) & quænam eos pericula circũstent, aut spes affulgeat, quibus desperatio, & quando tristis exitus impendet, aut certa salus imminet, & quænã repositionem aut manus tractationem, & quando postulent, & quænã minimè, aut quando non. In his tum spes, tum pericula prædicenda, tũ qualia & quando sub manus tractationem veniãt spectanda; tum quæ à primo ortu luxata adhuc incrementum accipiunt, aut jam acceperunt, & quodnam citiùs, & quodnã tardiùs, quodq; claudum & quanam ratione, quodq; minimè existat; tum quam ob causſam & quodnam imminutionẽ sentiat, & quanam parte, & quonã modo, ac quibus ista minus contingit. Est etiam animadvertẽdum quod fracta citiùs aut tardiùs coalescunt, aut perversiones & ossium ferruminationes fiunt, eorumq; curationes, quibus ulcera statim, aut quibus postea contingunt, quibus etiam ossa fracta minora evadunt, quibus minimè, quibus fracta cute emineant & quanã parte magis extant, quibus loco emoti aut exerti articuli compingantur, quasnã ob causas in quibus sensui patent, in quibus mentis agitatione comprehenduntur. Ad affectiones & curationes spectant quæ legitimis de deligatione præceptis continentur, præparatio, exhibitio, distensio, directio, frictio, deligatio, suspensio, collocatio, habitus, temporum & victus ratio. Quæ laxa sunt citissimè coalescunt, cõtra vero quæ contrario se habent modo; in perversionibus incurvi fiunt, carne privantur & nervis: quod repositum est longiùs multo locum unde excessit, superabit, quàm quod loco motum est. Nervi qui in motu sunt & loco humore flaccessente, ii facilè cedunt; qui vero non, minus: optimum ubi quid

excidit, citissimè reponi. Si febris occupaverit, nõ tentanda repositio, neq; quarto die, minimè vero cubiti gibbum quinto die: quæcunq; etiam torpidum habent sensum, ubi inflammatio remiserit, quamcitissimè reponere optimũ; divulsa in nervis aut cartilaginibus, aut adnato osse, aut dissidentia circa junctu ras, in pristinum statum restitui nequeunt, sed in plerisq; celeriter callum cõtrahunt, usus autem servatur. Partes extremæ facilè excidunt; quæ facilè excidunt, minimè inflãmatione tentantur; quæ verò minimè incalescũt, iis, si diligens curatio non adhibeatur, maximè rursùs excidũt. Extensio eo habitu quo maximè superattollẽtur, fieri debet, natura & loco in consideratione adhibito: quapparte excesserunt, directio fiat, rectrò recta & in obliquum, propellẽda autem celeri revulsione adhibitâ; jam verò citò revellere per circumactionem licet. Quæ frequẽtissimè excidunt, nullo negotio reponũtur; in causa est nervorũ aut ossium solutio, nervorum quidẽ longitudinis ant incrementi, ossiũ verò, acetabuli æquabilitas, capitis lævitas. Cõsuetudo usum facit; in causa quoq; est corporis dispositio & habitus, & ætas, & mucus qui sine inflãmatione subest.

CAPUT XXII.

QUibus ulcera statim facta sunt, aut ossibus cute extantibus, aut postea ex pruritu aut asperitate, ea quidem ubi sensoris, confestim solvito, ulceri cerato picato imposito, deligatoq; fasciæ initio super vulnus injecto, ac in reliquis perinde te gerito ac si ea parte læsio nulla existeret; hoc namq; modo ea pars maximè extenuabitur, & citissimè circumabrupta excidet, & repurgata ulcera celerrimè coalescent. Ferulæ verò neq; ad ipsum ulcus admovendę, neque apprimendæ; & in quibus non magna ossa absunt, ita se gerendũ, & in quibus magna ossa absunt, & cùm multa suppuratio adsit, non amplius ista neque eodem modo facienda, sed nudatur pars recrementorum quæ moram traxerunt. At quæcunque magna ossa cute eminent, iis, sive reponantur, sive non, deligatio quidem non convenit, sed distensio. Orbes conficiuntur quales compedes, quorũ unus quidem juxta malleolum, alter ad genu in crure adaptetur. Hi lati, leves & validi sunto, circulos habentes: virgæ autem corneæ eam convenientem, tum magnitudinem, tum crassitudinem habeant, ut distẽsionem moliantur: habenas verò utrinque in extremis finibus habeant, quibus ad annulos alligentur, ita ut extremi fines orbibus innixi vim adhibeant. Curationem perficiunt ceratum picatum calidum, habitus corporis, pedis & coxendicis positio, exquisita victũs ratio: quæ supereminent ossa, eodem aut postero die reponito, quatto aut quinto die minimè, sed ubi gracilia evaserint: Repositio verò per vectiũ molitionẽ facienda est, aut ossis quod reponitur, si firmamentum non habeat, impedimenta præcidenda: quinetiam nudata ossa decident, & breviora membra evadent. At articuli partim quidem magis, partim vero minus luxantur, & qui quidem minus, facilè reconduntur: quibusdam quoque majora tum ossium, tum nervorum, & articulorum ac carnium vitia contingunt. Fémur autem & brachium quamsimili inter se modo excidunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κβ.

ΟΙσιν ἕλκεα ἐγλήσῃ, ἢ αὐτίκα, ἢ ὀστέων ὀξιζόντων, ἢ ἐπιξήρῳ, ἢ κνησμῷ, ἢ τρηχυσμῷ. Τοῦτο μὲν δὴ ἄοιδη, διῆξαι λύσαι, ὅκωσιν ἐπὶ ὃ ἕλκος ἐπιδεῖς, ἐπιδεῖν ὡς ἐπὶ ὃ ἕλκος, ποιέοντα τὼ ἐρεθισμὼ βεπόθυιες, καὶ τ' ἄλλα ὡς ἐν τούτῳ τῷ σπάνεος ἐόντος. ὅπω γὰρ αὖ ὃ ἰσχόωτο, καὶ σκυτάλης ὁμαλότης, κεφαλῆς φθαρκρότης. Ὃ ἔσῃ τείρων ποιέῃ, αὐτίη, καὶ ἀρέσῃ, καὶ ἕξις, ἔ ἰλικίη, ὃ τ' ἀνώμαλον ἀφλίσμασιν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κβ.

ΟΙσιν ἕλκεα ἐγλήσῃ, ἢ αὐτίκα, ἢ ὀστέων ὀξιζόντων, ἢ ἐπιξήρῳ, ἢ κνησμῷ, ἢ τρηχυσμῷ. Τοῦτο μὲν δὴ ἄοιδη, διῆξαι λύσαι, ὅκωσιν ἐπὶ ὃ ἕλκος ἐπιδεῖς, ἐπιδεῖν ὡς ἐπὶ ὃ ἕλκος, ποιέοντα τὼ ἐρεθισμὼ βεπόθυιες, καὶ τ' ἄλλα ὡς ἐν τούτῳ τῷ σπάνεος ἐόντος. ὅπω γὰρ αὖ ὃ ἰσχόωτο, καὶ σκυτάλης ὁμαλότης, κεφαλῆς φθαρκρότης. Ὃ ἔσῃ τείρων ποιέῃ, αὐτίη, καὶ ἀρέσῃ, καὶ ἕξις, ἔ ἰλικίη, ὃ τ' ἀνώμαλον ἀφλίσμασιν.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΠΕΡΙ ΕΓΚΑΤΑΤΟΜΗΣ ΕΜΒΡΥΟΥ
ΒΙΒΛΙΟΝ.

HIPPOCRATIS
DE FOETVS IN VTERO MORTVI EXECTIONE
LIBER.

A Ει ὴ τῦ μὴ κῦ ἔσπιν κύησις μύου, ἀλλ' ἐγκατετεμομένων, ὥπως· πρῶτον μὲ ὅτι τ γυναῖκα στρόβα ὑπεδλῆν, καθίζωσον ὑμώτερον τ μαζῶν, ἓ τ κεφαλὴν κλινικὴν τῇ σωδένι, ὅκως μὴ ὁρᾶσα φοβῆται, ἴ, π αὖ πύησις. ἢν δὲ ἐξίῃ τ χεῖρα ὃ ἐμβρυον, πρὸς πλάγιον προσκέπτεσον, ἢ τῆς χειρὸς ὑπλαβέσθαι, πρὸς αὐτὸν ἔξω ὑπαγαγεῖν ὡς μάλιστα, προδιδόναι ἢ ἢ τ βραχίονα, ἢ ὑπολιλάσας αὐτῦ ὃ ὠρέον, ἰχθύλω ἀρίδησον περὶ ἰνὶ δακτύλοις τ χειρὸς ἰνὶ ὀύο, ὅκως μὴ ὑπλιδάνοι ἡ ἰχὼς, μὴ δὲ ῥαγῇ, τ ὦμον ἀφιχώρηστον, ἓ ἄφλις κῦ ὃ ἀγκών. ἐπειτα τ κεφαλὴν κῦ φύσιν πρῶτας, ὑπαγειν ἔξω τ κεφαλὴν τ ἐμβρύυ· τοῦ δὲ δακτύλῳ ὃ ἐμβρυον εἴσω ἀπῶσαι, ἢ μαχαιρίῳ λῦσ τ πλευρέων, ἢ ἀξῶ τ κληῖδες, ὅκως τ φύσ ἀρῇ, ἓ ξυμπέσῃ ὃ ἐμβρυον, ἢ ἢ ἔξοδος αὐτέω ὑπερτερη ἦ. τ ἢ κεφαλὴν, ἢν μὴ δυνάται κῦ φύσιν ἔξω ὦσαι. ἢν ἢ μὴ ξυμβαίνῃ· ἢ ὅτως ὑπαγαγεῖν ἔξω ὃ ἐμβρυον. ἔπειτα ὃ θερμῶ πολλῷ καταχέας, ἓ ἀλείψας ὑγρῷ, καπειδᾶν κυλδύῳ ἑπτὰν αξαστρ τῶ πόδε, ἢ μισπάσας οἴνου γλυκέος κεράσας, ὑλοβόησον, ἢ λοῦσον. ἀλλὰ μὴν καὶ ῥητίνην μίξας ὀμφακίνας, μίξας τῷ οἴνῳ, ὀνδύαι πιεῖν, τὰ δὲ ἄλλα θεραπεύειν ὥσπερ λέγω κῦ ἓ εἰρημένα, ὅταν ἢ τῇ πικτύσῃ γυναικὶ πλάσιον προσκέπτεσθαι ὃ ἐμβρυον, γνῶ ἢ ὁκότερα τρέφῃ ὃ ἔσιόνδε, ἢ ὁ ὀμφαλὸς περὶ τ πραχήλων περιειλεται), ἢ ὑπὸρ τ ἴξεδον τ ἐμβρύυ, καὶ ἐς ὃ ἰσχίον ἐπειδυόμη τ κεφαλὴ, καὶ ἡ χεὶρ ὡς ὑπτιοπολὺ ἔξω γῇ. ἢν μὲν οὖν ἰδὼν πεφυκὸς, ἔξω γῇ), τοῦτο προσημαίνει· ἦσι ἢ μὲν ἔξω ἡ χεὶρ τῦ ἐμβρύυ, ὡς ὑπτιοπολὺ ζῇ ὃ ἐμβρυον, κίνδυνος δὲ ἢ ὕπος, ἐνιαι δὲ ἓ τῷ λόχια πρὸ τῦ ἐμβρύυ ἀφιᾶσιν, ἀναγκαῖον δὲ γινώσκειν ἓ τ ὠδῖνα ξυνεχῆ ἢ διάπονον, ὅταν δὲ τὰ λόχια μὲν προ-

B E fœtibus qui non convenienter in utero geſtantur, ſed intro excisi educuntur, ſic ſtatuo. Imprimis injecto in mulierem tenui linteo & ſupra mammas præcincto, caput etiam linteo velandum eſt, ne, ſi quod facturus es videat, perterreatur. Si fœtus igitur in obliquum prolapſus, manum eduxerit, eam apprehenſam, ut quammaxime foras educas conandum: Brachio verò excoriato, ejuſque oſſe denudato, ſquatinæ marinæ pellem aridam circum duos manûs digitos obligato, ut ne caro ſua lubricitate elabatur. Poſt hæc autem detracta circa humerum carne, ipſum juxta articulum eximito. Deinde fœtûs caput naturaliter protruſum, foras educito, fœtum verò intro digito retrudito, vel ſcalpello per coſtas vel jugulum adacto, quo flatu emiſſo, & concidat fœtus, & facilior ei exitus pateat. Caput, ſiquidem fieri poſſit ſecundum naturam extra protrudito; ſin minus in partes comminuto, ſicque fœtum foras ſubducito. Deinde calida multa affuſa, oleo illitam decumbere jubeto, pedibus alternatis; poſtea vinum album dulce bene meracius infuſum propinato. Quinetiam reſinam cum melle tritam, vino ammixtam, in potu exhibeto: In reliquis verò, curatio (velut dico) juxta ea quæ relata ſunt, procedat. Cum verò parturienti mulieri tranſverſus fœtus ceciderit, quod fit ubi ipſe vertitur, & umbilicus circa collum obvolvitur, fœtuſque exitum cohibet, & caput in coxendicem inſerit, manuſque utplurimum foras eminet, quod quidem jam mortui fœtus ſignificationem præbet. At quibus manus extra non apparet his ut plurimum fœtus vitalis eſt. Periculum autem etiam hoc modo imminet: quædam enim partus purgamenta ante fœ-

tum emittunt, ex quo portionem ſiccam & laborioſam fore neceſſario cognoſcas. Quibus autem puerperii purgamenta non ante repurgantur. Concutere autem hoc modo oportet. Super tenui linteo ſubſtrato mulier reclinanda, alio ſuperinjecto, quo ejus pudendum obveletur, & utrunque crus tenui linteo circuntegendum, & utraque manus. Duæ autem mulieres utrumque crus apprehendant, & aliæ duæ utranque manum, deinde eam ipſam non minus quàm decies valide concutiant. Poſtea vero mulier in lectum reclinetur, ita ut caput deorſum, crura autem ſurſum habeat, & mulieres omnes, dimiſſis manibus, crura apprehendant, eamque crebro in lecto concutiant, facta in humeros rejectione, uti in ampliorem locum concuſſus fœtus convertatur, & naturaliter prodire poſſit. Quod ſi dictamnum Creticum ad manum habeas, ipſum propinato: ſin minus, caſtoreum vino Chio incoctum. Si vero uteri, ſive ex labore, ſive ex partu foras prodierint, ſiquidem juvenculæ tibi in manus venerint, aggreſſionem facere æquum eſt, alioqui ſinere oportet. Hunc autem in modum aggreſſio facienda. Uteri tunica naturali modo & obliquè inciſa, linteo confricanda, ut inflammationem concipiat, & illito phocæ oleo, aut pice, aut mali punici floribus, in cataplaſmate adhibitis, mollibuſque ſpongiis vino reſperſis, in ſubdititio appoſitis, & ex humero deligatis, mulier quammaxime excitatis cruribus, decumbat, & moderatis cibis veſcatur.

A καθαίρειν), ῥᾷον ἀπαλλάξουσιν ἐὰν δῶ τοῦτο, αὐαστέον δὲ δεῖ ὧδε, σπόδια ταπεινοτέρας, αὐανλιαι τὴ γυμάκα· ἐπὶ ἑτέρου ἐπιθεῖναι, ὅπως αὐ ἐμπῆς ὃ αἰδοῖον κεκρυμμένον ἢ· ἐπὶ τοῦ ἑτέρου ἐπιθεῖναι τὸν σκῶ ς τὴ σπόδια, ἐπὶ ἑκάτερον ὃ γόνυ. γλουτὸς ἢ δυο λαβέσθαι τὸ σκέλεος ἑκατέρου, ἐπὶ τῆς χειρὸς ἑκατερος, ἑτερος γυναῖκας δύο. ἔπειτα ἀφασσειν λαβοῦσας ἐγκρατῶς, μὴ ἔλασσον ἢ δεκάκις. ἔπειτα ἢ ἐς κλίνεν αὐαπλιαι τὴν γυναῖκα ὥστε κεφαλὸν· ἔχειν, καὶ τὰς γυναῖκας πάσας λαβεσθαι τῶν σκελέων, ἀφεῖσας τὰς χεῖρας. ἔπειτα σείειν πολλάκις ποιῆν τὰς γυναῖκας ὥστε τοὺς B ὦμους, ἐς ποιῆν αὐαβολὴς ὥστε τὴν κλίνεν, ὅπως ἐς τὸν ὑστερωτέρω ἐπέμπεσεῖν ὃ ἔμβρυον τροφὴν, καὶ δυνήται ὥστε φύσιν ἔσω, καὶ ἢν ἔχῃς δίκαιων Κρητικὸν, μεθαπίνειν δός. εἰ ἢ μὴ κάστορος ἐνέψησον τοῦ οἴνῳ Χίῳ. ἢν ἢ αἱ ὑστέραι ἔξω χωρέωσι, κἂν τε ὀκ πόνου, κἂν τε ὀκ τόκου. ἢν μὲν οὖν παρθένος νέας, ἄξιον ἐπιχειρῆν. εἰ ἢ μὴ, ἐᾶν ἐπιχειεῖν ἢ χρὴ ὧδε. ἐπιμῶν τὸν ὑμβρύα τῆς ὑστέρης, τῇ φύσιν, ἢ καθαλλόμενον, πείλαι οἰδονίῳ ὡς φλεγμαίνῃ ἢ καζαλείας θώκης ἐλαίᾳ, ἢ πίσσῃ κατακλάσας, ἢ κυπρίοισι καὶ μαλθακοῖς σπόγγοις ἐν οἴνῳ ῥώμῃ θερμοῖς ἀναδῆσαι ὀκ τῷ ὦμων, ἢ ἀναπείσθω ὡς ἀνωτάτω τὰ σκέλεα ἐχέτω· ἐσθίετω ἢ σιτία μέτρια.

C

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΠΕΡΙ ΑΝΑΤΟΜΗΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ.

HIPPOCRATIS
DE CORPORVM RESECTIONE
LIBER.

Αρτηρίη δὲ ἑκατέρου φαρυγξὶ δεξιοῦ τοῦ ἐκφύσιν A ποιεμένη ἐς ἄκρον πνεύμονος τελευτᾷ, κρίκοις ξυγκειμένη ὁμορυσσοῖς, ἧσι τὰ ἐσχατέων ἀπομύη κατ' ὀλίγον ἀλλήλων. αὕτη δὲ πνεύμονι σεσιεξῆνα πληρεῖ τοῦ χόλιος, πεφαμμένος ἐς τὰ ἀριστερὰ, πέντε ὑποκορυφώσας ἔχων, ἃς δὴ καλέουσι λοβοὺς, πυρίνης, χροιὴν τυχών, εἴγλασσι ὀφεογαρέοι κεκεντημένος, φύσιν ἐὼν πνεμονιώδης. μέσα δ' αὐτέων ἡ καρδίη ἐπικαθέζουσα, τροχοῦ λωτέρη καθεσταῶτα πάμπαν ζώων. ἀπὸ δὲ καρδίης ἐς ἦπαρ, βεγχίη πολλὴ κατήκει, τοῖ μὲν βεγχίης φλεψ μεγάλη καλεμένη δι' ἧς ὅλον τὸ σκέμος ῥέφεται. ὃ δὲ ἦπαρ ὁμορυσσέων ἰδὸ ἔχει, τοῖς ἄλλοις ἅπασιν· αἱμορρόω- B σίτερον δὲ ὅδε ἦπαρ ἀλλων. ὑποκορυφώσιας ἔχον δύο, τὸ καλέουσι πύλας, ἐν δεξοῖς τόποις κειμένας· ἀπὸ δὲ τούτου, σκωλὴν φλεψ ὅτι τὰ κάτω νεφρὰ ὑπτεύουσα, νεφροὶ δὲ ὁμοιορυσμοὶ, τῷ χροιῇ δὲ, ἐναλλάξιοι μάλιστα· ἀπὸ δὲ τούτων ὀχετοὶ σκολιωσειδέες ἄκρῳ κορυφῇ κύσις κεῖται· κύσις δὲ ὑδρώδης ὕλη ἢ μεγάλη. ἐκπαθὲ κύσις, μετρίη ἐοῦσα πέφυκε, ἢ τὰ μὲν ἓξ δοὰ μέσον ἐστὸς φύσις σκοσμήσ. οἰσοφάγος δὲ ἀπὸ γλώσσης τῷ ἀρχῷ ποιέμενος, ἐς χοιλίαν τελευτᾷ, ὃν δὲ καὶ ὅδε σπαθίκης κοιλίης τομὴν καλέουσιν, ἐς δὲ ἀριστέρης C ὄπαθεν ἦπατος φρένες περύκασιν. ὀν δὲ πλευρῆς νόσης, λέγω δὲ ἀριστερῆς, ἀπλοῦ ἀρξάμενος ὀκτέπαται, ὁμοιορυσμὸς ἤγεε ποδός. κοιλίη δὲ ἦπατι ὠδακεμένη κατ' ὀλίγον μέρος ἐλημένη ὑδρώδης, ἀπὸ δὲ κοιλίης, πέφυκεν ἔντερον, ὁμοιορυσμὸν μικρὸν πεφάνον ὀλιγοστὸν δώδεκα ἑλικηδὸν ἐν κόλποις ἐνειλεύμενον, ὃ καλέουσιν ἕνιοι κῶλον, δι' ὃ ἡ ὠδαφορὲ τῆς ξυφῆς γίν. ἀπὸ δὲ κώλου, πέφυκεν ἀρχὸς λοιδίου, ὁρμὰ πεπληθὲς ἔχων ἐς ἄκρον δακτυλίου τελευτῇ, τὰ δὲ ἄλλα ἡ φύσις διετάξατο.

ARteria ab utraque faucium parte ortum ducens, in ſummum pulmonem deſinit annulis inter ſe ſimilibus conſtans; rotundis, in ſuperficie mutuo connexis. Ipſe autem pulmo ad ſiniſtram converſus, pectus implet, quinque habens ſummitates, quas lobos vel fibras vocant, cinericium nactus colorem, notis cavernoſis compunctus, & natura perforatus. In cujus medio cor intrò ſitum eſt, rotundius conſtitutum, quàm in omnibus animantibus. Ex corde vero ad jecur multa cartilaginoſa arteria pervenit, & cum ipſa vena magna appellata, per quam corpus totium nutritur. Jecur autem cum aliis quidem cognationem habet, ſed cæteris ſanguine magis fluit, duos habens vortices, portas vocant dextra parte locatas. Ab eo vena obliquè deorſum ad renes portenditur; renes vero inter ſe colore ſimiles, malorum ſpeciem præ ſe ferunt. Ab his ductûs obliquè tendentes, in ſummum veſicæ verticem ſiti ſunt. Veſica autem tota nervoſa & ampla ubique inter ſe perceptionis compos à natura eſt condita: Et his quidem ſex partibus in medio intus natura exornata eſt. Gula vero à lingua initium ſumens, in ventriculum deſinit, quam ſane etiam in concoquente ventriculo στόμαχον, hoc eſt, os anguſtum nominant. Ad ſpinam autem retro hepar, ſeptum tranſverſum ſitum habet. Ex coſta verò notha, ſiniſtram intelligo, lien initium ſumens, ad humani veſtigii ſimilitudinem extenditur. Ventriculus jecori ad ſiniſtram adjacens, totus nervoſus eſt. Ex ventriculo vero procedit inteſtinum ſibi ſimile, parvum cubitorum non minùs duodecim, in orbem per ſinus convolutum, quod nonnulli Colon vocant, per quod alimentum defertur. Colo annexum eſt princeps inteſtinum poſtremum, multam carnem habens, in ſummum podicem deſinens. Reliqua, natura ipſa, ordine diſpoſuit.

ORIBASII

ORIBASII
DE LAQVEIS
EX HERACLE LIBELLVS.

ARGUMENTUM.

Author Libelli Laqueorum Chirurgicorum ſtructuram, poſituram, nexum, & uſum docet.

CAPUT I.

Quomodo laqueus attollens nectitur.

AD attollentem habena adhibetur duplicata, cujus utrunque caput ſiniſtrâ manu continetur; ſinus verò dextra prehenditur, & capitibus ita ſuperinjicitur, ut capita ſita ſint in medio ſinu; quo fit ut ex una parte laquei nexus feratur, capita ex altera. Habet autem hic laqueus facultatem extendendi æqualiter, pertinetque non modò ad extendendum membra, ſed etiam ad continendum, quum ih ſuam ſedem compelluntur, & ad figurandum corpora, ubi quid manu fieri oportet. Rectè quidem eas partes intendit, quæ binis oſſibus continentur: quandocunque enim alterum vitioſum ſit, ſinus ſuper ipſum, capita ſuper integrum imponuntur: nam ſinus corpori inhærentes affectam partem vehementer diſtendunt; at capita, quum recedant à corpore, eam partem, quæ benè valet, vel nihil omnino intendunt, vel certè quamminimum.

Membris quoque quum reponuntur, aptiſſimus eſt, ſicuti cubito, quum in aliquam trium partium excidit, in quas ubi prolapſus eſt, brachium curvum eſt, neque extenditur, id eſt in poſteriorem, interiorem, atque exteriorem; in quo caſu laqueus oſſibus brachii juxta primam palmæ partem injicitur, capitaque ejus ſublimiora feruntur, &, ut retinacula ſint, ad aliquid immobile deligantur. Ad figuranda inſuper corpora, ubi manu medemur, adhibetur commodiſſimè. In iis enim, quæ juxta anum vitia infeſtant, ubi tractantur, brachia poplitibus ſubjiciuntur, & hujuſmodi habenæ attollentes ad brachia dantur in vicinia manus, eorumque capita ad cervices hominis adducta, inter ſe vinciuntur. Quoniam attollens laqueus non ſolùm injicitur implicitus; ſed ſuper membrum quoque circunponitur; ſuſpenſa enim faſcia, ſinus membro ſubjicitur, capitaque ejus per medium ſinum trajiciuntur; eaque ratione circunpoſitus conficitur.

CAPUT II.

Quomodo laqueus Nauticus vocatus concinnetur.

EX medio ſinu duplicatæ habenæ duos item ſinus facere oportet, eoſque inter ſe permutatos ita collocare, ut interior extrinſecus, exterior ab interiori parte ſitus ſit: Hac enim via nexus laquei ab una parte, capita ab altera procedunt. Eſt autem idoneus iis quæ extendi inæqualiter debent, tum ad ferulas continendas, quæ fracturis accommodantur. Iunctura nanque adhibita unum habenæ caput ſiniſtra manu teneatur, alterum verò per affectam partem volvatur, ſic ut unus & alter ſinus fiat, per quos reliquum habenæ caput trajiciatur, ut ab ea parte, quæ in nos ſpectat, verſus contrariam porrectum ſiniſtra rurſus contineatur: quo injecto ferulæ in ſinus demiſſæ ad vitioſum membrum dentur, capitaque attrahantur, & inter ſe vinciantur, ut ferulas teneant. Valet item ad cubitum ſuſtinendum, non ſecus atque ad intenſionem, aut ad ferulas continendas: Imponitur enim, implicaturque ad cubitum ſuſpendendum, ubi lata faſcia non eſt. In quo caſu ſinus ita inter ſe diducendi ſunt, ut alter prope cubitum ſit, juxta manum alter; capita vero ad cervicem adducenda ſunt, ibique nodo inter ſe deliganda.

CAPUT III.

Fig. X A

Laqueus decussatus quomodo implicetur.

AD decussatum habena duplicanda est, cujus ut runque caput sinistra manu continendum: sinus verò dextra prehensus ita convertendus est, ut capita ad similitudinem literæ X adversa inter se sint: inde enim nomen habuit χιαζὸς. Quo facto sinus capitibus X literam referentibus superinjiciendus, quodque ex his subjectum est, per medium sinum attrahendum. Eoque fit, ut medius laquei nexus appareat; à lateribus verò hinc sinus unus, inde duo capita se ostendant. Valet autem, ubi oportet inæqualiter distendere.

CAPUT IV.

X B

Pastoralis laqueus, qui & Sandalius dicitur, quomodo injiciatur.

PAstoralis dictus à quibusdam Sandalius, cum eo implicatur, quem χαρὸν nominavimus. Hic siquidem primo est adhibendus ut Sandalius fiat; quo injecto, sinus ejus dependens attrahi debet ab inferiori parte sursum, per medium sinum contra capita situm: Sic enim ab una parte laquei nexus, ab altera capita collocantur. In nexu verò terni sinus, duo scilicet à lateribus, tertius in medio conspiciuntur. Adhibetur autem commodissimè ad talum prolapsum, ubi reponitur: unus enim sinus à posteriori parte tali super latum nervum datur, à priori alter ad partem pedis superiorem; medius, hoc est, tertius, plantæ subjicitur. Deinde capita ad id vinciuntur, quo extendendi causa utimur. Neque talo duntaxat convenit, sed maxillæ quæ excidit, ubi in suam sedem compellitur: unus enim sinus ad frontem hominis, alter ad occipitium datus medius per os procedit utrinque sub malis; capita verò per tempora ad ægri caput feruntur, atque sive ut retinacula sint, sive ut à superiori parte extendant, ibi inter se vinciuntur.

CAPUT V.

X C

Draco laqueus qua via injiciatur.

AD laqueum draconem media habena à posteriori parte tali incipiat juxta latum nervum; capita verò versus priorem ferantur ad superiorem partem pedis, ubi X literæ similitudine accepta ad plantam porrigantur, & rursus inter se adversa eandem literam repræsentent. Post hæc circa talum, vel ab inferiori parte sursum, vel à superiori deorsum circundentur. Tum deligentur ad id, cujus opera ad extendendum utimur. Facit autem hic laqueus ad talum suo loco motum ubi reconditur.

CAPUT VI.

P

Qua ratione is laqueus adhibeatur, quem Simplicem nodum dixerunt.

LAqueus, cui nomen est simplex nodus, à quibusdam Perineos appellatur. Quomodocunque autem vocetur, ejus ratio est. Habena simplicem nodum accipiat, ejusdemque sinus attrahatur, capita verò dependeant: deinde membrum, quod reponere opus est, inter superiores sinus collocandum. Tum alter sinus in alterum insitus, ad capita ducendus, communique nodo cum capitibus ad id vinciendus, quod ad intendendum adhibemus. Habet autem inæqualem extendendi facultatem.

CAPUT VII.

L

Lupus laqueus quomodo nectatur.

DUæ habenæ justæ longitudinis duplicentur sic, ut capita ab eadem parte collocentur; sinus inter se adversi sint; tum capita, quæ ab inferiori parte sursum, quæ à superiori deorsum vellantur, sic, ut medius laquei nexus, utrinque verò bina capita se ostendant. Habet autem vim extendendi æqualiter, pertinetque non modo ad ossium, quæ restituunt, intensionem: sed in herniæ curatione ad membranam abdominis adstringendam; item ad vincienda venarum capita sanguinem fundentia. Nos autem in sinus conjicere lina simplicia consuevimus, quæ communi Medicorum vocabulo, quod relaxent, χαρπείαι dicuntur; neque hæc ipsa temerè adjiciuntur, sed ut ubi quæ arctata sunt, remittere volumus, per lina id præstemus, & non per capita.

CAPUT VIII.

N D

Nodi Herculei ratio.

AD nodum Herculeum, habenam adhibere oportet, quæ duos nodos accipiat inter se distantes, quo fit ut Herculeus nodus utrinque se ostendat, hinc autem sinus, inde verò sint capita duo. Valet, ubi æqualiter intendere consilium est. Quòd si sinus qui contra capita est medius incidatur, à lupo laqueo non differet.

CAPUT IX.

S C

Simplex Carchesius qua via implicetur.

AD simplicem Carchesium, qui æqualiter extendendi vim habet, duplicari habena debet, capitaque ejus sinistra manu contineri; sinus verò dextra sursum conversus superimponi capitibus, quæ media opus est adversa inter se collocare in speciem X literæ. Eo facto sinus capitibus injectus à superiori parte deorsum attrahatur, per medium ejus partis, qua X literæ fuit accepta similitudo. Sic enim medius laquei nexus, ab uno latere sinus unus, ab altero duo capita apparent.

A

CAPUT X.

Duplex Carchesius quo modo implicetur.

DUplex Carchesius æqualiter distendit, ac simplici longè est efficacior: Ejus autem ratio est. Habenam prehendimus duplicatam, capitaque læva continentes, sinum patimur dependere. Tum ex capitibus, quæ contra sinum sunt, alterum duplicamus, sic ut parvus sinus fiat, quem in sinistra manu ponimus, alterum per sinum trajicimus; deinde nexum per sinus convertimus, & in sinistra collocamus. Quo facto ex capite quod contra sinum est, rursus alterum sinum efficimus, quem nexui adjungimus; postremo pendentem sinum per medium nexum trahimus, ab inferiori parte sursum. Quo fit ut ab uno latere duo sint capita, ab altero unus sinus, quibus laquei nexus medius interjiciatur.

CAPUT XI.

Duplex Carchesius quomodo ex simplici fiat.

QUum duplex Carchesius varie consuevit implicari, siquidem per se interdum, interdum fit ex simplici, nonnunquam circunponendo conficitur. Supra demonstratum est, quo modo per se injiciatur; nunc qua ratione ex simplici fiat, exponemus. Adhibere igitur primò simplicem Carchesium oportet, sinusque, alterum ab altero diducere; deinde eum qui subjectus est, in superiorem conjicere, & similiter utrunque diducere, ac per spatium quod ipsis medium interjicitur, sinum qui contra capita est, ab inferiori parte sursum attrahere: Sic enim rursus laquei nexus medium sese ostendit. Hinc unus sinus, inde bina capita conspiciuntur.

CAPUT XII.

Duplex Carchesius, quo modo implicetur circunponendo.

QUoniam vehementi validiorum corporum intensione, laquei capita ex una parte sæpius rumpuntur, ante perfectam intensionem, ne cogantur intendentis adhuc laquei capita relaxare, carchesium circunponimus. Tenentes igitur sinistra manu caput, circa membrum restituendum tres sinus efficimus inter se distantes, ita ut ex his quod satis est, dependeat. Post hæc primum sinum in postremum demittimus, & semel aut iterum eos convertimus, per quos medium sinum rursus attrahimus. Quo fit ut circa membrum laquei nexus, ab uno latere unus sinus, ab altero duo capita se ostendant.

B

C

D

E

F

CAPUT XIII.

Laterculi, qui alioquin Quadruplex circulus dicitur, quæ ratio sit.

AD laterculum laqueum, adhibetur habena circulum repræsentans, id est, sine capitibus. Hæc ab interiore parte manus, pollicibus, minimisque digitis circundantur, necnon utrique indici, ut sinus in utraque manu terni sint: unus circa minimum digitum, circa indicem alter, tertius super pollicem. Post hæc sinus, in quos insiti pollices sunt, ad proximos minimis transferuntur, tum ad indices, qui minimis injecti fuerunt, deinde sinus, in quos indices demissi postremò fuerant, medii à pollice, à superiori parte deorsum velluntur; sicque ab uno latere duo sinus, totidem ab altero, medium inter hoc laquei nexus ad rhombi similitudinem conspectui subjiciuntur. Habent autem æqualem intendendi facultatem, & non solum ad intensionem, sed videtur ad menti quoque facti compositionem pertinere: nam mentum ipsum sub fractura aliquando perversum, in laquei complexum, rhombum referentem inseritur ab exteriori parte; sinus verò per malas, parteque superiores, ad summum caput feruntur, atque ibi inter se deliguntur.

CAPUT XIV.

Laqueus Epangylotus (ita enim appellatur, quoniam sinus super sinum injicitur) qua via inseri possit.

AD Epangylotum, unum habenæ caput, inter sinistræ manûs pollicem & indicem collocamus, eamque extrinsecus ultra primam palmæ partem adducimus; inde per palmam ipsam, datam inter pollicem & indicem utriusque manus attrahimus, post hæc inter minimum & proximum digitum demittimus. Eo facto, habenæ caput dextra manu sursum vellimus, extremamque partem inter minimum, ac proximum digitum tenemus; quo fit ut duo sinus efficiantur, inter quos attractus nodus apparet. Facit autem ad corpora figuranda, ubi manu curatio adhibetur. Inter sinus enim utraque manu hominis conjecta, reliquis habenæ partibus totum corpus firmiter continetur.

CAPUT XV.

Ratio ejus laquei, quem Auriculas nuncupant.

AD auriculas epangylotus primo injiciendus; danda autem opera est, ut alter sinus amplior sit, quem implicare oportet ad modum laquei chiasti, sic ut duo sinus oculis exponantur: inter quos, quod ex habena dependet, duplicatum se ostendat. Rectè autem adhibetur, ubi prolapsa maxilla reponitur, tum ad processus capitis recondendos: Sinus enim dantur ad tempora ægrotantis, quodque inter eos duplicatum conspicitur, ad frontem; deinde vinculum illud injicitur, quod leporem auritum appellant; postremò auriculæ, vel ut contineant, vel ut à superiori parte extendant, super caput offensi porriguntur.

CAPUT XVI.

Laqueus duos habens sinus (quem nonnulli minùs propriè Strangulantem dixerunt) quo modo injiciatur.

LAqueus, quem duos sinus habentem appellant, ex binis constat chiastis, quorum alter ab altero diducitur. Est autem aptissimus ad corpora figuranda, ubi vitia juxta anum curantur: siquidem brachia subjecta poplitibus, ejusmodi laqueis adstringuntur. At pars quæ media inter sinus duplicata dependet, ad cervicem hominis fertur, atque hac via corpus figuratur.

CAPUT XVII.

Ratio laquei quem Strangulantem propriè nuncupant.

LAqueus qui propriè strangulans nuncupatur, ex simplici fit carchesio: hic enim primo injicitur sic, ut alter ab altero distet. Confert autem ad quos proximè expositus: Brachia namque rursus conjecta in sinus coarctantur, & ea pars habenæ, quæ duplicata est, media similiter collocatur, in eamque cervices inseruntur.

A

CAPUT XVIII.

Quomodo adhibeatur laqueus ὑπέρβατος, id enim nomen traxit ex eo quod supra feratur.

HYperbatus sit ex laqueo Nautico; siquidem in hunc primo implicitum brachia inseri debent, sinusque inter se diduci, & capita ad cervices deligari.

B Laquei igitur, quorum expeditissima comprehensio est, hujusmodi sunt.

Finis Libri Oribasii de Laqueis.

ORIBASII
EX HELIODORO,
DE MACHINAMENTIS.

ARGUMENTUM.

Oribasius Medica machinamenta docet, quibus fracta ac luxata restituantur, instaurenturque.

CAPUT I.

Quibus modis Luxata restituantur.

LUxata in suam sedem tribus generalibus modis collocantur, quibus alii fere omnes continentur. Unus vocatur Palæstricus, ad quem fere solas manus admovemus; atque hic, utpote imbecillis aptatur ad mollia corpora, muliebria nimirum, & puerilia, tum ad mascula, quæ illis robustiora sunt, modò recens vitium fuerit. Alter Methodicus dicitur, ad quem instrumenta adhibemus, quorum usus in communi vita est: Hic omnibus idoneus est, pueris, fœminis, masculis jam robustioribus, invenilibusque corporibus, atque iis luxatis, quæ jam vetusta sunt. Tertius reponendi modus, qui per organa est, majus momentum habet. Valet enim ad prolapsa, ubi malum diutius trahitur: valet ad corpora athletarum: præterea quæcunque prolapsa curationem recipiunt, & sub methodico curari nequeunt, omnia organorum opera reponuntur.

CAPUT II.

De Organorum differentiis.

ORganorum medicinalium differentiæ in universum & quasi generales, ad summum (ut alii sentiunt) ternæ habentur. Alia enim tractoria sunt, alia machinamenta, alia quæ erecta collocantur; nobis autem placet nonnulla tractoria esse, nonnulla machinamenta, nonnulla quæ erecta, nonnulla quæ plana collocantur. Tractoria sunt quæ quum parva brevique sint strictura, extendi duntaxat facultatem habent; hæc ut suo munere fungantur, adventitia quædam postulant, ut scamnum, lectum, scalam, eoque per se usui esse A minimè possunt. Quocirca & alligata, & in plano sita nuncupantur: Nam ubi in agro, aut solitudine quapiam, quæ suo loco mota sunt, reponimus, ac neque scamni, neque scalæ copia est, aliquid in solum defigimus, ad quod tractorum organum alligetur. Machinamenta sunt organa tractoriis ampliora: minora tamen aliis, quæ non modò intensionem; sed impulsum quoque pollicentur, ac præcipuè quorundam membrorum gratia comparantur. Erecta organa sublimiorem structuram habent, & non solùm ad extendendum valent; sed etiam ad impellendum. Porrò plana organa sunt quorum humilis structura est, & ex his constant quæ & extendendi, & impellendi vim habent, ita ut homine illis insidente, recondi quod elapsum est possit; reperiuntur etiam in his quædam propria structuræ discrimina. B

CAPUT III.

Ex qua materia struantur Organa.

BAsis, crura, latera, transversaria, cubiti, testudines, adjuncta crura, hæc omnia, quæ in organis ampliora expediuntur, ex robustiori materia conficienda sunt, ut puta ilignea, vel fraxinea quæ secundas obtinet. Oportet autem ea de causa validissimam esse organorum materiam, ut vim queant in condendis articulis sustinere, quod in iis potissimum organis requiritur, quæ erecta collocantur. Vertebræ verò radices, clavi, unci, catenulæ, vectes, omnia quæcunque exigua sunt, quæque plus efficiunt, ærea, vel ferrea comparentur, ut, quod structuræ exiguitas detrahit, materiæ firmitas restituat. Aliquando autem quæsitum est, ferreane, an ænea sumi debeant. Asserunt, qui ferro æs præferunt, hoc levius esse, & facilius C

tractari, minusque rubiginem trahere quàm ferrum. Contra qui æri ferrum anteponunt, validiorem hujus materiam laudant; ære enim efficacius robustiusque ferrum est. Atqui de ferro convenit firmius esse; sed supervacuum est eximium robur, ubi ejus nullus est usus, quum liceat hæc ex ære fabricari, quod mollius est, & satis roboris habet; licèt tamen & ex ferro. Quòd si ex ære fiant, sumatur id quod ducitur; nam, quod conflatur, facilius rumpitur, comminuiturque, ita ut præstet ex ferro hæc parare, quàm ex fuso ære. Sed quoniam ferrum citò rubigine obducitur, idcirco aliquot interpositis diebus, subinde pingui aliquo inungendum, ac ne rubiginem sentiat, manu perfricandum. At dicet quis, si ferrum neglectum rubigine corrumpatur, id culpa domini ipsius organi fieri.

CAPUT IV.

Ex quibus partibus Organa constent, & quis sit eorum usus.

COntinetur omne organum non omnibus, sed quibusdam ex iis quæ numerabo, nempe Basi, cruribus, transversariis, cubitis, axibus, regulis, testudinibus, cochleis, tympanis, clavis, manubriolis ductariis, vectibus, baculis versantibus, obicibus, cuneis, item lunatis lignis, orbiculis, trochleis, fossis, operculis, vertebris, fibulis, radicibus, uncis, catenis, forficibus, fedilibus, priapiscis, ad hæc cochlea fœmina, quæ Græcè θηλυκόχλιον appellatur, cuneolis, chiniscis, columbariis, ergata. Hæc ferè sunt, quibus organa componuntur, quorum usus sigillatim jam nunc exponendus nobis est. Basis ad id potissimum struitur, ut super eam erecta organa statuantur. Crura in organis & latera dicuntur, in iis, quæ erecta collocantur, propriè crura, minus proprie latera; sed in tractoriis propriè latera dicuntur, minus propriè crura: hæc ferè in organis statuuntur, ut ipsorum machinationes contineant: propriè autem in organis erectis crura rectè commodéque dimensa ad illam pertinent condendi rationem, quæ excitando præstatur. Transversaria, quæ ἀγκτήγματα dicuntur, ut Græcum nomen indicat, ad crurum laterumque compaginem fiunt, ad quem usum primo præcipuéque destinantur. Huc accedit quod machinationes quoque sustinent, ut puta trochleas, cubitos, atque alia quædam. Cubiti ad eum usum in organis comparantur, ut per ipsos, quæ suo loco mota sunt, à superiori parte extensa reponantur, quemadmodum videre licet in organis Fabri, atque Andreæ, in quibus cubiti per superius transversarium demissi in testudinem figuntur, ut hac elata, quæ prolapsa sunt à superiori parte intensa recondantur. Latæ cubitorum summitates alæ ab architectis dicuntur; imæ verò partes quadratæ, calces. Hi ergo propriè cubiti nominantur; sed quidam vocabulo abutuntur. Spathæ impellendo sunt idoneæ; ea autem spatha, quæ in Fabri, atque Andreæ machinamento est, utimur, ubi extrahendo impellimus ad femur in posteriorem partem erumpens. Sunt & aliæ spathæ in quibusdam organis, ad alios impellendi modos fabricatæ. Radices & fibulæ complures usus in organis præstant; primo enim radix, & fibula in organo Fabri spatham distinent ad testudinem. Est quidem in testudine radix; spatha vero qua parte quadrata est, medium habet cavum, in quod radix eadem inditur; deinde fibula continendi causa in spatham, ac radicem pertusam inseritur. Propriè radices ad id fiunt, ut recipere uncos possint, & alios effectus præstare; sed fibulæ item gratia est, quòd machinationes immobiles servat, ut puta axes. Catenæ eò pertinent, ut fibulæ ex ipsis suspendantur, quo serventur in organis, neque decidant. Unci adjiciuntur, ne mobiles machinationes moveantur, veluti axes, quove in radices conjecti quædam organorum machimenta sistant. Per vertebras (quas Græci προβλήματα dicunt) ferè id efficimus, ut quædam organa immobilia moveantur, 'sicuti crura organi Andreæ. Crura enim in organo transversa secta, vertebris fibulisque continentur, ut organo modò erecto, modò per vertebras inclinato, circumducendo impellamus. Ad exemplum hujus structuræ organi Andreæ Plinthii crura propè basim secta sunt, rursusque vertebris continentur, ut organum modo eligatur modo per vertebras motum, adjunctis cruribus innitatur, usumque illius organi præstet, quod planum collocatur: Hi sunt effectus vertebrarum in organis. Axes ad corporum ductionem, hoc est intensionem spectant, quorum quidam ab una parte ad alteram penetrant, ac per se moventur; quidam latent, & per alias machinationes convertuntur. Penetrat axis in Plinthio Nilei, & in scamno Hippocratis; latet in Apellidis organo, quod quia per tres funes circumvolvitur, trispastum appellatur, & in Nymphodori glossocomo. Penetrantes igitur axes per se manibus converturtur; latentes autem per alias quæsdam machinationes; exempli causa in Nymphodori glossocomo per tympanum & cochleam ad lentis imaginem fabricatam, in trispasto per funes alligatos. Ad clavos, qui in axibus infiguntur, funes alligantur, vel habenæ, atque hujusmodi alia ad extendendum pertinentia. Manubriola ductaria, bacula versantia, & vectes, omnes hæ machinationes ad axium cochlearumque versationes statuuntur; primas occupant manubriola ductaria, secundas vectes, quibus minùs efficacia sunt bacula versantia; pleraque enim ex ipsis exigua quum sint, una manu convertuntur. Chinisci, cujusmodi sunt in lyra, excogitati sunt ad axes continendos; ubi enim fibulæ non sint, quid poterit aliud utilius? Quod enim ad vim pertinet, usum habet fibularum; decoris autem causa, insculpta habent anserina capita lignea. Statuuntur in organis Phliæ, ut ab uno latere ad alterum penetrantes axes contineant, cujusmodi sunt in scamno Hippocratis, & in nostro. Est & alia media phlia in organo Hippocratis ad similitudinem literæ Π, eo nomine fabricata, ut ad eam impellendi rationem, quæ extrahendo fit, ubi femur excidit, accommodetur. Trochleæ in organis collocantur, ut funes liberè duci possint, veluti in organo Fabri, quod duplicem cochleam, quâ testudo movetur, in superiori transversario continet. In nostro quoque organo rursus trochleæ sunt, quæ per inditos funes, axes attollunt. Verùm trochleæ ferè ad id fiunt, ut axes & habenæ celeriter ducantur, simulque ut ad intensionem, quæ alio intercedente motu fit, accommodentur. Orbiculi struuntur ad trochlearum motionem, quæ per se sunt immobiles. Collocantur autem in medio earum, quemadmodum in Demosthenis ἀγράδῃ, & ad funes continendos, ut in trispasto Apellidis.

Cuneus præsertim partam ad humeri caput in alam prolapsum, ac deinceps ad alios quoque usus. At lunatum lignum prodest, ubi humeri caput in priorem, aut posteriorem partem excidit. Est autem Polus lignum infixum superioribus crurum extremitatibus in organo Philistionis: Luxato enim humeri capite, brachium exrenditur, polusque objicitur ad hominis cervices. Epipoma verò, quod & Epipigma dicitur, est Π figura in ligno insculpta, in quam conjicitur Π inversum; qualis conspicitur in eo organo quod Hermes dicitur. Fit autem hoc, ne ab Hermis vultu corpora terantur, ut in organi compactione ostendemus. Καλάθιον verò & Σκιφάλιον communiter parata sunt, ut Epipigma ferant. Est quidem Σκιφάλιον lignum sex digitorum in medio hebes, Καλάθιον verò lignum sex digitorum rotundum, quod angustiori basi nititur, & quasillo simile est. Sunt & in organis quædam columbaria insculpta ad similitudinem columbarum, quæ ornandi causâ facta sunt, atque ad id etiam, ut aliud ferant Epipigma. Tympanis hæc gratia est, quod quædam organorum machinationes, quæ maximum usum præstant, per ipsa paulatim moventur, ut axes & cochleæ. Est autem Tympanum rotunda machinatio denrata: At Delphines dentibus inclusi, machinationes motu prohibent, quod unci quoque efficiunt. Testudines in organis ad id collocatæ sunt, ut corpora quæ restituuntur, paulatim, & minimè concussa extendantur. Quemadmodum enim testudines animalia lento gradu procedunt, ita machinationes, quibus illa referunrur. Portò ex testudinibus nonnullæ transversariis similes sunt, aliæ oblongæ, aliæ cubi speciem repræsentant. Transversariis similes sunt, in organo Andreæ, Fabrive: oblongæ in quadrata columna, quæ appellatur Hermes. Cubum referunt in rotunda columna Eraclidæ Ephesii. Præterea testudinum aliæ cubiros & spatham attollunt, aliæ cuneatam & lunatam appendicem, quædam nihil attollunt, sed solum sunt ad extendendum inventæ. Cubitos attollit testudo, quæ sursum fertur, in organo Andreæ. Cubitos & spatham testudo quæ est in organo Fabri: cuneata & lunata appendix ea testudine excitatur, quæ in Herme est: nihil attollit, sed solummodò extendendo est ea testudo, quæ in rotunda columna Eraclide Ephesii collocatur, similiter & quæ deorsum fertur in organo Andreæ. Alæ autem & dracones, fibulæque infixæ clavorum usum præstant: propriè autem dracones, quod ad materiam pertinet, in vicem manubrioli ductarii fabricantur. Quoniam verò testudines plerunque à cochleis moventur, proximum est, ut cochlearum structuram, atque usum exponam. Comparantur ergo cochleæ in organis, ad alias machinationes impellendas, puta tympana & testudines, quò paulatim & nulla ratione concutiendo extendant. Cochlearum quædam quadratæ sunt, quædam ad imaginem lentis; quæ figuræ nomen invenerunt, relatæ ad capreolos, at non ad structuram scapi; quilibet enim cochlea rotunda est ad tornum rotundata. Differunt cochleæ à capreolis, quòd aliæ quadratæ, aliæ ad lentis imaginem dicuntur. Quadrata cochlea est, quæ capreolos habet quadratos, atque ex iis non solùm quod prominet; sed etiam quod cavum est, cujusmodi cochleas videmus in organo Andreæ. Quæ in lentis speciem sunt, id capreoli, quod cavum est, altè angustum habent, latum verò in summo, contra quod prominet à basi latum vertice ipso tenuatur. Similis autem est hujusmodi capreolus lenticulæ dimidiatæ, à qua figura cochlea hæc ad imaginem lentis dicta est. Cochleæ igitur tam quadratæ, quam ad imaginem lentis, ad motionem diversarum machinationum statuuntur: Quadratæ enim testudines compellunt, quæ sunt ad imaginem lenris primò quidem tympana, interdum etiam testudines in iis, quæ pericochlia nuncupantur.

CAPUT V.

Qua ratione quadrata Cochlea testudinem moveat.

DEmus testudines esse ita fabricatas, quemadmodùm in organo Andreæ, quarum singulæ pertusæ sint, atque in id cavum cochleæ demissæ; ab interiori autem parte cavi ferrea, vel ænea lamina testudini infixa sit, quæ quidem lamina dens nuncupatur. Hic igitur dens testudinis, in cochleæ capreolo includitur; quò fit ut in quadam cochleæ conversione, lamina, quæ dens nuncupatur, testudini infixa, atque in cavo capreoli contenta testudinem moveat. Præterea ex iis ipsis cochleis quadratis alia simplex est, alia duplex; simplex cochlea est, quæ uno duntaxat capreolo est excavata, unamque testudinem impellit; in duplici autem cochlea bini secti sunt capreoli, hæc & binas testudines mover, qualis cochlea reperitur in magno Andreæ organo, quod Plinthium nuncupatur; excavatum enim lignum est à medio ad transversaria capreolis inter se adversis, ita ut quadam cochleæ conversione orsæ testudines, vel à medio versùs transversaria, vel à transversariis versus medium impellantur. Est & alia cochlea duplex in eo, quod κηρύλιον appellatur, excavata à summo principio usque ad extremum adversis capreolis, quæ rursùs duas testudines movet, quemadmodum in ipsa organi structura videmus. At cochlea ad imaginem lentis tympanum movet; si quidem capreoli cochleæ, tympani dentibus insiti, machinationem convertunt, quemadmodum cochlea, quæ baculo versante, vel manubriolo ductario convertitur in tympani dentes conveniens machinationem movet; movet interdum eadem cochlea testudinem; sed non amplius per dentem, quemadmodum quadrata, verùm in fœmina cochlea contenta, quæ in ipsa restudine struitur; quoniam testudinis cavum, in quod cochlea demittitur, excisos habet capreolos adversos iis, qui sunt in cochlea lentis formam referente, sic, ut id quod prominet ex capreolis cochleæ lentem referentis, in cavo capreoli fœminæ cochleæ recipiatur; quodque cavum est in capreolis cochleæ, id quod extat ex capreolo cochleæ fœminæ capreolis admittat. Accidit autem in cochleæ conversione, ut testudo modò sursum, modò deorsum moveatur, cùm cochlea in ipsius capreolis volvatur. Hujusmodi structuræ plurimæ adhibentur ad organa, quæ plana collocantur; ad id enim fabricantur, ut homines, quibus luxata restituuntur, inclinatis organis insidant. Organa enim quæ plana collocantur, ita parata sunt, ut ægris super ipsa, vel sedentibus, vel cubantibus, luxata reponantur. priapiscus qui & stiliscus & scalmus nuncupatur,

in quolibet organo quod planum collocetur, ſtatuitur. Fit autem ea de cauſa, ut ei parti, quæ inter anum & naturale eſt, obex ſit, ubi quæ prolapſa ſunt, reſtituuntur. Eſt igitur priapiſcus lignum octo digitorum magna ex parte rotundum, ab eo quod ſupereſt quadratum, ſic ut quadrata ipſius pars conjiciatur in cavum, ad literæ Π ſimilitudinem quadratum, in organo, quod planum collocatur; reliqua verò pars, quæ extat, inter anum & naturale objiciatur. Configitur autem in tranſverſarium Π ferreum, ut firmiter priapiſcum contineat. Sed in noſtro organo videre licet magnum Π ferreum ad alium uſum comparatum, nempe ad gibbam ſpinam per preſſum impellendam. Opercula in organis parantur, ut machinationes ſub ipſis occultentur, ne ſi abſque operculo fuerint, idiotis pateant. Annuli adhibentur ad organa tractoria, ut alligari poſſint; ad alia verò, ut machinationes contineant, quemadmodum in Menecriti Bucranio, ubi axis continetur, atque eadem de cauſa in aliis organis. Forfices in organis arcte tranſverſaria cum cruribus jungunt; ad hunc enim uſum infixas forfices æneas invenimus. Adjuncta crura id efficiunt, ut organa, quæ erecta collocantur, illis innixa inclinataque eundem uſum præſtent, ac ſi plana ſtatuerentur. Præfatus, ex quibus omnia organa parentur, & quorſum ſingulæ ipſorum machinationes ſpectent, declarabo in ſequentibus, quænam ex organis immota ſuo munere fungantur, & quæ mota; tum ex iis quæ moventur, quænam ſuo loco maneant, quæ locum mutent, dum moventur rurſus ex iis quæ immobilia ſunt, quæ perpetuò & ubique immobilia maneant, quæ eximi poſſint, ad alios quoque uſus idoneâ. Hæc itaque immobilia ſunt in organis, baſis, crura, latera, tranſverſaria, cuneata & lunata appendix, ſedile, priapiſci, atque alia complura. Uſui ſunt quum moventur vertebræ, unci, axes, tympana, cubiti, cochleæ, teſtudines, atque hujus generis plurima. Moventur in eodem loco manentia, vertebræ, unci, tympana cochleæ, plerique axes. Locum mutant teſtudines, cubiti. Eorum quæ inorganis immobilia ſunt, quædam ſemper & ubique immobilia ſunt, quædam, & eximi, & inſeri poſſunt: Semper quidem immobilia manent, baſis, crura, latera, tranſverſaria, radices, ſedilia, lunata appendix. Extrahi poſſunt in quibuſdam organis, quamvis immobilia ſint, tum cunei, tum priapiſci, qui ad alios quoque uſus facti extrahuntur, & immittuntur.

A B C D E F

CAPUT VI.

Ex Galeno de Machinamentis.

ARticulis reponendis Hippocratis ſcamnũ per ſe abundè eſt; ſi quis autem velit aliis quoque uti, eſt poliſpaſton (ita appellatum quoniam multis orbiculorum circuitionibus facilitatem præſtet) quod iter facientibus maximè idoneum eſt: Refertur autem ad Archimedem auctorem. In urbibus verò non alienum eſt Fabri, vel Andreæ organum, cùm erecto opus eſt; ubi plano, ſcamnum Hippocratis præcipuè aptatur.

CAPUT VII.

De Gloſſocomo machinamento.

A

Capſula Machinaria.

NOn abs re quidem mihi gloſſocomum videtur à junioribus medicis inventum, quod ſeu femur, ſeu crus comminutum ſit, ubi callus circundatur, commodiſſimè admovetur. Habet autem ab ima parte axem, ad quem extremi laqueи in diverſa extendentes deligantur. Injiciantur laquei extremis partibus oſſis, quod curatur, ſiantque ex duabus habenis, ſic ut quatuor uterque capita habeat, bina à dextra, totidem à ſiniſtra. Ex iis capitibus quæ inferioris laquei ſunt, per foramina facta in inferiori parte gloſſocomi, ad axem duci debent: quæ ſuperioris primo procedere ad ſuperiora, deinceps ipſa quoque per latera gloſſocomi perforata trajici, quibus foraminibus trochleæ includantur. Utrinque ergo ab exteriori parte gloſſocomi, ſuperioris laquei capita ferenda ſunt ad axem: His enim ita conſtitutis, una axis converſio pariter ambos laqueos extendit deorſum versùs, illum qui ad inferiora fracti oſſis alligatur, ſurſum; alterum ſic, ut compoſita fractura in poſterum liceat quotidie hanc laqueorum in diverſas partes intenſionem corrigere, valentiùs, vel leniùs extendendo. Laqueum igitur, qui in inferiori parte eſt, directa ductione axis extendit eum, qui in ſuperiori parte, intercedente alio motu, Græci ἀπὸ τῆς μεταλλητικῆς θέσεως dicunt.

CAPUT VIII.

Nilei Plinthium.

A

Duo latera, &c.

B

Scamnum quale in ludo videmus, &c.

FActum eſt Plinthium Nilei ad eorum organorum exemplum, quæ vocantur tractoria quadrata oblonga: duo enim habet latera longa, palmos quatuor, digiti craſſitudine, quæ extremis partibus tranſverſariis inter ſe compacta ſunt. Eſt autem tranſverſariorum craſſitudo & latitudo, quanta laterum; ſed longitudo palmum implet. Meritò igitur, cùm talis compactio ſit, ut latera quatuor palmos longa ſint, tranſverſaria unum, totius organi quadrati ſtructura oblonga confecta eſt. Licebit autem, ſi quis voluerit, latera breviora quàm dictum eſt, efficere, quandoquidem organum, per unicum axem, effectum præſtat. Media itaque latera pertuſa ſunt rotundis, ac perviis foraminibus, per quæ axis trajicitur, qui media parte clavum infixum habet; capitibus verò quibus latera excedit, vectes æneos, vel ferreos decem digitorum magnitudine. Sunt item in organo quatuor annuli lateribus affixi, bini ab inferiori parte, totidem à ſuperiori. Antiqua hujus organi ſtructura, auctore Nileo, talis eſt. Herodotus quidam architectus tranſverſariorum priores partes medias

medias excavavit ad figuram literæ ↄ ne habe- A
næ, quæ à corporibus quibus vis adhibetur, & ad
axis clavum feruntur, extantibus angulis atterantur, sed recta procedant. Hactenus Herodotus. Nos verò quam accepimus, historiam referemus. Ferunt Pasicratem architectum Sidoni organum hoc vidisse, quod à statua continebatur, aliter tamen fabricatum. Nam quum eadem compactio esset, conspiciebantur in eo organo ab extantibus axis capitibus æneorum draconum complexus, quorum capita è regione ad caudas spectabant: sed quò pertinebant hi dracones? non aliò nisi ut invicem vectium axes converterent. Tum in organo quod B
Sidoni erat, media transversaria pertusa erant rotundis foraminibus, quæ clavo axis responderent: constat autem foraminum eundem esse usum, qui in organo Herodoti, nimirum ut habenæ, quibus corpora extenduntur, ad clavum rectæ per ea foramina recta porrigantur. Retulit insuper Pasicrates axem inclusa habuisse in vicinia laterum tympana quatuor ex ære dentata in vicinia laterum duo ab interiori parte, totidem ab exteriori, atque item in lateribus foramina fuisse dentium ordini respondentia, ut postquam abundè extensa corpora fuissent fibulæ inter dentes eò demissæ, ubi in C
luxatis restituendis opus esset, axem sisterent. Sed recentiores tympanis omissis priori parte latera pertuderunt. Pertuderunt item in orbem aliquo intermisso spatio, & ipsa axium capita, quò ad usum dictum fibulæ inditæ axem immobilem tuerentur. Ego autem quum fibulæ decidant, ad eum quem dixi usum, uncos lateribus infixi, axis verò capita foravi sic ut hujus foramina illis convenirent, quæ erant in orbem in lateribus aliquo spacio interjecto, quò ubi vellem in luxatis condendis D
axem immobilem reddere, uncum *m* includerem in foramen quod esset accommodatum. Communis Plinthii tractorii fabricatio hujusmodi est. Verum ego aliter Plinthium struxi. Salva enim eadem laterum mensura inferius transversarium *n* sursum transtuli, quatuor digitis infra transversarium extrema crura relinquens, axem verò collocavi in medio transversariorum, cui parti Græcè φωτὶ nomen est; & scamnum *o* quoddam quale in ludo videmus, ab una extremitate excidi cavis *p* quadratis, atque oblongis, ut propositorum crurum extrema in ejusmodi cava convenirent. Ipsa etiam latera extremis partibus transversa pertudi, E
foraminibus ab uno latere ad aliud penetrantibus, ut fibula in foramina conjecta Plinthium contineret. Hæc de organi structura, nunc ad ipsius motionem aggrediar.

CAPUT IX.

De motu Organi Tractorii.

QUoniam tractoria organa imperfecta sunt, nec præstare quicquam per se possunt, sed alterius operam requirunt, puta scalæ, lecti, scamni, F
quæ ubi non sunt, eorum vicem exhibet pavimentum, terraque ad prolapsa restituenda; mihi operæpretium videtur, quasi doceam in ludo, gratia eorum quæ nunc tractantur super scalam præparatam, organi motum enarrare.

CAPUT X.

A

de humeri capite, &c.

Scala præparata ad humerum restituendum in alam prolapsum.

PAratur scala unam ex iis quæ in communi usu sunt, non lata quæ obliquè collocatos gradus habeat, talis siquidem luxatis reponendis aliena est, sed æquè crassa sit, quadratisque gradibus constet, levatis angulis, ne corpora conterant, atque in rotundam figuram redactis. Hujusmodi scalæ ubi copia non sit, quo mollius corpora insidant, gradus lana involvantur. Ordiar autem ab humeri capite in alam excidente. Oportet igitur ubi id restituitur, cuneum funibus suspensum collocare super gradum idoneum, cui brachium (ut ostendi) superimponatur, & per funes ad eum alligare. Est autem ille gradus reponendo idoneus, quem retuli Brachio superinjecto intensioneque adhibita suspendendus homo est sic, ut duos palmos à pavimento recedat; & cuneus ad gradum firmiter allig andus non temerè, sed eo observato, ut ex partibus quæ cum cavo quodam capitulata est, ad humerum detur; quæ pars gibba juxta est, ad latus. A cuneo verò deorsum versus alterius, sive tertii gradus intervallo, organum ad scalam vinciendum est per eos, quos habet annulos, & funes, aut habenas, aut alia quæpiam trajecta: ipsa item scala in pavimentum fortiter adigenda est, ne in extendendo moveatur, sed stabilis ac sine ulla inclinatione maneat. Quatuor præterea trochleæ, sive solidæ, sive ex duobus lignis curiosius factæ, alligentur, quarum duæ à summo gradu suspensæ deorsum spectent, duæ ab imo sursum. Qua fabricatione parata cuneus ad id quod prolapsum est reponendum, admoveatur, tenui lana mollique obvolutus, tum ut lignum quod durum est circundata lana minus tactu lædat; tum ut sudor, qui propriè oriri solet ala plurimum calefacta, magisque ægrotantis metu, ac labore, lana cuneo imposita combibatur. Hæc autem scala, vel contineatur stabiliter ab assistentibus, vel extremis partibus in pavimentū defigatur, cuneisque (ut propositum est) confirmetur. Illud autem in aperto est, scalam bene longam esse debere, ut postquam demissa in terram fuerit, quod extat, ubique pro magnitudine ejus, qui curatur, abundè longum sit, scala confirmata subsellium juxta collocetur.

CAPUT XI.

De humeri capite in alam prolapso.

SUper subsellium homo ascendens, brachium super gradum trajiciat, ita ut cuneus aptè in alam demittatur; post hæc duplicata habena media inter cuneum, & humerum detur, capitaque ejus extrinsecus pendeant; deinde Carchesius laqueus vel alius æqualiter extendens humero injiciatur, non circa medium, ne lacertum urgeat, sed citra lacerti tumorem, vel ultra; sic enim cubiti inæqualitas laqueum deorsum labi non patie-

tur, præterquam quod hoc modo utilius imponetur: sequuntur enim facilius ea corpora quæ ampliori interjecto spatio adducuntur; quæ exiguo difficilius. Circundato laqueo capita ejus recta deorsum ducta ad clavum axis religentur, & axis, vel per vectes, vel solis manibus convertatur, ut ejus conversio directa ductione ab inferiori parte intendat. Eodem autem tempore, cum aucta jam intensio est, subsellium subtrahatur, ut homo à scala pendeat, atque ita excitando reponi luxatum possit. Suspenso homine, minister assistens à posteriori parte utramque manum simul junctam ad cervicem ejus adducat, collumque in contrariam partem cogat, idque fiat quo tempore intendimus, atque excitamus, quum laquei ægro injecti postea laxentur. Nervis abundè diductis, debet qui reponit assistens, habenæ capita prehendere, cubitumque ad scalam repellens, humeri caput per habenam extrahere. Quo facto remittenda intensio est, & ipsearticulus sursum compellendus, ut in regionem pristinam revertatur. Ratio directæ ductionis ita habet. Sed ut turò reponamus, optimum fuerit prius quàm nervi extendantur, habenis & crura hominis inter se, & integrum brachium ab latus devincire, ne ob tormentum, quod in condendo articulo sentiet, vel super scalam ascendat, vel manu laquei capita contineat. Licebit etiamnum alio intercedente motu ab inferiori parte extendere. Id qua ratione fiat subjiciam. Iisdem omnibus factis, quæ præcepimus, quum ab inferiori parte extendentes directa ductione utebamur, laquei capita per inferiores trochleas trajiciuntur ab inferiori parte extra, atque ad axis clavum religantur, vel ducta ab exteriori parte versus interiorem ad axis vectes vinciuntur, ut axe versato alio intercedente motu ab inferiori parte extendamus. Nihil item probibet quominus eadem fabricatione parata duplici motu contrario intercedente, ab inferiori parte adducamus; quod ad quem modum fiat indicabimus. Laquei capita ad inferiores trochleas ducta, ibique trajecta, ad superiores referuntur; tum deorsum attracta, ad axis vectes alligantur, ut ejus conversio duplici motu contrario intercedente ab inferiori parte extendat: postquam abunde extenderimus, proximum est ut impellamus eo quo ostendimus modo, ubi de directa ductione loqueremur. Hi sunt modi quibus ab inferiori parte intendimus. Postquam reconditus articulus fuerit, subsellium ad scalam referendum est, ut æger super id statuatur, tam à scala, quàm à cuneo remotus, collocato humero, ut antea dixi. Verùm, quum majores nostri idem organum idoneum à superiore parte attrahendo tradiderint, sequitur ut nos quoque à superiori parte extendendi rationem vobis aperiamus. Ergo (sicut dixi) placuit majoribus luxati restituendi modum, & à superiori parte adducendo, & in diversa trahendo explicare, potissimum autem à superiori parte intenderunt, ubi humerus non solùm elapsus esset, sed etiam perfractus. Spectemus igitur quibus modis voluerint luxata restituere, à superiori parte intendentes. Scala igitur in cæteris eodem modo præparata, cuneum non amplius ex funibus suspensum, ad gradum alligant, sed solùm superimponunt; funium verò capita admodum longa per superiores trochleas ab interiori parte extra trajiciunt; post hæc deorsum demissa vectibus qui pro clavis sint, circuligant. His ita constitutis

A subsellium ad scalam ponunt, super quod homo ascendens brachium superinjiciat, ut cuneus rursum in alam indatur, deinceps carchesium laqueum, vel alterum æqualiter extendentem humero injiciunt, capitaque ejus deorsum ducta, ut contineantur ad aliquem scalæ gradum devinciunt. Quibus ita contentis axis convertitur, per quam conversionem cunei funis alio intercedente motu attractus à superiori parte intendit. Nervis, quantum res postulat intentis impulsus adhibetur, & per duplicem habenam extrahendo,
B & manibus sursum compellendo. Equidem huic reponendi modo non subscribo ea de causa, quam adjungam. Cuneus elatus circumagitur, qui cum sub ala non maneat, articulus ex toto non reponitur, ac potissimum ubi quis velit suspenso homine excitando illum reponere. Ea verò extendendi ratio, quæ ab inferiori parte adducit, stabilis est, cuneo super gradum collocato, & per funes alligato, ut antea diximus. At quo pacto nos à superiori parte adducentes firmiter restituamus, paulò post intelligetis, ubi condendi luxati rationem recensebimus. Ratio autem quæ in
C diversa diducit, sic habet: Cæteris omnibus ordinatis laquei capita non amplius ad gradum vinciuntur, sed ad axis clavum dantur. Per se dantur, vel alio motu intercedente, ut prius scilicet per inferiores trochleas trajiciantur, tuncque ad axem deligantur. Eadem nunc culpari possunt in hac in diversa extendendi ratione, quæ paulò antè dicta sunt in illa, quæ à superiori parte extendit: ubique enim probo, quum is cujus articulus reponitur, rectus collocatur, solam ab inferiori parte extendendi rationem adhiberi. Nunc proximum est, quum
D de humero in alam prolapso diximus, ut de eodem quoque in priorem partem excidente pertractemus.

CAPUT XII.

De humeri Capite in priorem, vel posteriorem partem excidente.

AD humeri caput in priorem vel posteriorem partem elapsum scala eadem ratione modoque præparata, vel figurata, organoque & tro-
E chleis (ut antea dictum est) alligatis, rursus ubi restituere volumus, subsellium juxta ponimus, lanaque vel linteis contegimus gradum idoneum, super quem restituamus; cui (sicut ostensum est) involuto ala insidat; tum carchesium laqueum, vel alium æqualiter extendendi vim habentem humero (ut propositum est) circundamus, cujus capita deorsum attracta ad organi axem religamus, quemadmodum ad humerum in alam prolapsum tradidimus, ut conversus axis directa ductione ab inferiori parte intendat. Eodem mo-
F mento quo intendimus, aliquis rursus à posteriori parte assistens, utraque manu ad cervices hominis data, corpus in contrariam partem repellat. Licebit autem in hoc casu magis, & extendere, & ducere ad inferiora. Subsellio itaque subtracto homo suspenditur, ut simul, & articulus excitetur, & quæ illi superjecta sunt, laxentur. At ubi quantum reponendus articulus postulat, intenderimus, circunducendo impellimus: siquidem in priorem partem humeri caput excidit,

ab ea sede in quam venit, ad eam ubi esse naturaliter debet, prominentiori palmæ parte urgemus, atque altera manu cubitum à posteriori parte in priorem adducimus; quo facto minister assistens manum apertam lato scapularum ossi opponat, atque id repellat, ne vis operæ resolvatur. Verum si in posteriorem partem prorumpat, contrarium fieri debet, humeri quidem caput prominentiori palmæ parte urgendum est, ut à lato scapularum osse in suam sedem revertatur, atque altera manu cubitus ad posteriorem partem prorsus adducendus. Hac igitur ratione humeri caput restituendum ducimus, ubi in priorem, vel posteriorem partem eruperit. Sed alii in utroque casu eam reponendi rationem probarunt, quæ à superiori parte extendit. Hoc quo pacto agant, videamus. Scala eodem modo parata duplicatæ habenæ, vel funis medium lana, vel linteo involutum alæ subjiciunt, capitaque ejus per superiores trochleas traducta deorsum ad axis vectes tanquam ad clavos alligant; deinde humero Carchesium laqueum, vel alium, qui æqualiter extendere valeat, circundant, cujus capita deorsum demissa, ut contineantur ad aliquem scalæ gradum devinciunt. Quibus ita constitutis axis convertitur, quo converso, & continent, & à superiori parte intendunt. Ac postquam abunde extenderunt adducendo impellunt. Sed quum in diversa contendunt, capita laquei vel directa ductione, vel alio intercedente motu, funis verò per alium motum interjectum, ad axis clavum alligant, ut converso axe in diversa diducant: postquam satis intenderunt, adducendo impellunt. Intensiones quidem succedunt, sed impulsus fallax est, siquidem homine excitato, & suspensione distracto, ægrè articulus restituitur: atque ob hanc causam nunc placuit extendendi rationem tam à superiori parte, quàm ab utraque præterire. Humeri ergo caput; in quancunque partem venerit, convenit ab inferiori parte extendendo reponere, quum erectus homo collocatur. Qua via humeri caput restituatur exposuimus. Pergamus igitur ad cubitum.

A chio propè cubitum injicere, capita verò deorsum ducere ad axem, ibique, vel directa ductione ad axis clavum alligare, vel alio intercedente motu, non secus ac ubi humeri caput reponitur, ut similiter axis conversio ab inferiori parte intendat. Trahitur etiam ad cubitum ille reponendi modus, qui à superiori parte extendit, cujus ratio hæc est. Cæteris omnibus (ut propositum est) constitutis, humerus non amplius, ut contineatur, devincitur, sed laqueus Carchesius, aut alius ex iis qui æqualiter extendunt, ipsi circunligatur, cujus capita ad superiores trochleas adducta ab interiori parte in exteriorem attracta deorsum feruntur, & ad axium vectes quasi ad clavum alligantur; duplicatæ verò habenæ capita deorsum adducta, ut retinacula sint ad aliquid immobile dantur. Converso igitur axe & continemus, & alio intercedente motu à superiori parte extendimus. At modus qui in diversa extendit, hinc manifestus est; ubi enim diversa extendimus, laquei capita per se ad clavum axis, vel alio intercedente motu ad ejusdem vectes deligantur, ut eadem conversio in diversa extendat. Nervis, quantum res postulat, extensis convenienter impellere oportet, adducendo si luxata in duas partes venerint, in interiorem scilicet & exteriorem; extrahendo, si in posteriorem, quas impellendi rationes in opere de articulis exposui. Hæc igitur fieri debent, quando cubitus in propositas partes erumpit. Verùm si in priorem, in quo casu diximus extensum brachium non curvari, iterum eadem scala atque organum comparatur, æger scalæ assistens brachium super commodum ejus gradum imponit, humerus ad scalam per eandem juncturam vincitur, laqueus æqualiter extendens ad brachium datur in vicinia manus, cujus capita deorsum feruntur ad organum, ut ab inferiori parte attrahatur. Si quis autem velit hoc agere tum contínendo, tum à superiori parte adducendo, humerum non amplius ad scalam devinciat, sed utrique membro laqueum injiciat, qui æqualiter intendat, unum scilicet humero, alterum brachio & superioris quidem laquei capita sursum ferat ultra caput, alterius verò deorsum, ut (quemadmodum in aliis reponendi rationibus declaravimus) extendat: quod ubi abunde fecerit, nunc reponendi causa duo modi impellendi potissimum aptantur, qui premit, & qui circunducit: sed ante quidem premere convenit, dum intensio adhuc manet, dehinc circunducere: quos impellendi modos multò ante exposui in opere de articulis. Oportet autem eo quod luxatum est, restituto, brachium curvare, atque extendere, pronumque & supinum collocare, ut ex toto restitutum esse intelligas; tum ad angulum rectum in sequentem curationem figurare. Utraque igitur brachii ossa, ubi in loco suo non sunt, per superiores modos reponuntur; verùm quoniam utrunque per se propriè vitiatur, cùm suo loco movetur, posthac necesse est scribamus, quonam modo cubitus erumpens, radiusque diductus ab inferiori parte extensi revertantur.

CAPUT XIII.

A

Cuneus sub ala &c.

De Cubito.

ÆQuè duo brachii ossa in quatuor partes erumpunt, in interiorem, exteriorem, priorem, & posteriorem. Atque ubi in tres partes venerint, exteriorem scilicet, interiorem, & posteriorem, brachium curvatur, & extendi non potest. Commune est horum trium casuum, in quibus curvum brachium minimè extenditur, scalam cum organo (ut dictum est) ad restituendum parare: postea hominem juxta scalam collocare, ut super subsellium ascendens brachium super convenientem scalæ gradum injiciat: tum ea junctura, quæ palma nuncupatur, humerum continere, & laqueum inæqualiter extendentem, ut attollentem chiastum, aut nauticum, brachio in vicinia manus circundare, ejusque capita ad unum scalæ gradum, ut retinacula sint, devincire, ut ubi vis adhibetur, recti anguli figura fideliter conservetur: eoque facto medium duplicatæ habenæ, bra-

CAPUT XIV.

A

B Organum ad scalam &c.

De Cubito & Radio.

MOvetur per se cubitus interdum loco, & rursus per se radius diducitur, iis modis B quos in opere de articulis declaravimus. Ad hæc igitur ossa restituenda, scala similiter paratur, humerusque ad gradum vincitur ea junctura, quæ palma dicitur; ad ipsum verò brachium utiliter datur laqueus aliquis ex iis, qui inæqualiter extendunt, cujus laquei sinu à parte quæ restituitur, capita à contraria, hoc est, ab integra collocentur. Propriè enim laquei, qui inæqualiter extendunt, eas partes magis cogunt, quibus sinus hærent, minùs verò, quibus capita. Si quidem consilium est, ubi superius os excidit, ab inferiori parte attrahere, ad id quod suo loco est, vim minimè adhibere. Hujus igitur laquei capita ad axis clavum dari debent, vel directâ ductione, vel alio motu intercedente, ut conversio axis ab inferiori parte extendat: sed ubi, quantum restituendum os possit extenderimus, idoneis impellendi modis uti convenit cubito quidem in interiorem partem excidente, radioque in exteriorem adducto, utriusque manus digitos inter se junctos eminentiæ cubiti subjicimus, prominentioresque palmarum partes utrinque ponimus, atque his summopere urgentibus adducimus. Sed si in posteriorem partem prorumpant, cubitus præsertim, ea reponendi ratio efficacissima est, quæ extrahendo impellit. Sin radius in priorem partem convertatur, expedit premendo & circunducendo impellere, quemadmodum ostendimus, ubi utrunque os in priorem partem elapsum ponebamus: exquisitos autem reponendi modos in opere de articulis exposuimus. Repositi autem ossis indicium erit, in cubito libera brachii contractio, atque porrectio. At in radio in pronum vel supinum habitum conversio. Quomodo igitur per scalam homine erecto restituere luxatum conveniat, demonstravimus: verùm quia justa aliqua de causa, aut ob imbecillitatem, aut ob femur, seu crus simul comminutum, æger stare nequit, dum luxatum restituitur, necesse est in sequentibus aperire, quæ ratio sit restituendi, homine super planam scalam jacente.

CAPUT XV.

B

A Cuneus alligatus ad funem, &c.

Quo pacto jacente homine, restituatur humerus in alam prolapsus.

SCalam collocare planam oportet, & ut à pavimento attollatur, extremitatibus lapides, vel ligna ab utraque parte subjicere, atque æquandi gradus causa linteum illis superimponere. Hujusmodi enim lectus, quod pertinet ad ægrum jacentem, dum restituitur, scamni munus præstabit: Organum vero ad scalam alligandum ab in- A feriori crurum extremitate, rursusque trochleæ (quemadmodum dictum est) binæ à superiori scalæ parte, totidem ab inferiori vinciendæ. Satius autem est ad luxata restituenda pro scala adhibere scamnum, quod ab altero extremo quadratis fossis excavatum sit, ubi organum firmiter eo insistat. Quæ præparatio esse debeat, dictum est: modos autem quibus humeri caput restituitur, exequemur. Prolapso igitur humeri capite collocare hominem convenit sic ut jaceat super scalam, organo ad pedes constituto, supinus ubi in alam vel priorem partem excidit: in verticem ubi in posteriorem. Igitur ubi in alam convertitur, cunei, funis capita super caput à priori vel à posteriori parte adducenda, mediumque habenæ duplicatæ dandum est ad humerum sic, ut inter ipsum & cuneum demittatur, capitaque ejus ab exteriori parte ferantur, atque ita pendeant, post hæc laqueus Carchesius, vel alius ex iis qui æqualiter extendunt, humero (ut supra ostensum est) injiciendus; cujus capita deorsum ad organum adducenda. Quoniam capita ergo ad pedes ferantur, agemus vel continentes, & ab inferiori parte C extendentes, vel in diversa trahentes, sive directis ductionibus utamur, sive alius motus intercedat ut antea indicavimus. At quum satis extenderimus condere humerum debemus, idoneam impellendi rationem adhibentes. Præcipuè autem duplex impellendi ratio idonea est, & quæ articulum extrahit, & quæ sursum compellit. Manente intensione duplicatæ habenæ capita tenentes vi humeri caput extrahimus, eodemque momento cubitum in interiorem partem ad latus repellimus. Eo enim fit, ut humeri caput facile promptéque D in exteriorem partem ducatur moveaturque. Quo facto remissa intensione, protinus sursum compellimus; post hæc humerum prehendentes attollimus, ut in suum locum collocemus. Hæc sunt quæ fieri oportet, ubi humeri caput in alam excidit.

CAPUT XVI.

De humeri Capite in priorem, vel posteriorem partem excidente.

SEd si humeri caput in priorem vel posteriorem partem convertatur, homine (ut dictum est) figurato, nempe supino, si in priorem partem venit, in ventrem; si in posteriorem, funis aut habenæ medium lana sive linteo obvolutum, alæ subjicitur, capitaque supra caput feruntur, non quidem è regione vitiati humeri, sed obliqua versus partem contrariam ad rem aliquam immobilem vinciuntur, qua retineantur. Ambigitur verò, quamobrem capita non recta ferantur, sed versus contrariam partem obliqua. Pasicrates quidem atque alii nonnulli hoc ea de causa fieri aiunt, ne F à medio funis humeri capite sursum attracto prohibeamur, quominus ab inferiori parte extendamus: sed decipiuntur similitudine femoris, quum res aliter habeat; siquidem femur ad Γ literæ similitudinem declinat, at humeri caput dimidium orbiculatum est, neque potest femoris modo à medio fune sursum adduci. Quorsum igitur id fit? ne sub medio fune, quæ sub ala sunt compressa, alæ regionem compleant: completo enim recessu, humeri caput locum non habebit, in quem recon-

datur. Nos etiam non secus atque ii qui non multo ante nos vixerunt, ob propositam causam, habenam, vel funem similiter collocamus. Consuevimus interdum & aliter continere; duos enim laqueos ex iis qui inæqualiter extendunt implicantes, thoraci dorsoque sub alis circunponimus, eorumque capita continendi causa ad gradum, qui contra situs est, alligamus; qua continendi ratione adhibita laqueum æqualiter extendentem humero circunponimus, quemadmodum tradidimus, quà de humeri capite in alam prolapso; cujus deinde laquei capita ab inferiori parte ad organum dimittimus, & ad axem devincimus, ut eo converso contineamus, & ab inferiori parte pariter extendamus. Vi; quantum res exigit adhibita, ut articulum restituamus, premendo impellimus, prominentiori enim unius manûs palma vi humeri caput comprimimus, altera vero cubitum huc atque illuc agitamus. Indicium autem repositi ossis in superioribus explanavimus. Fit etiam interdum, ut ad humeri caput luxatum, medii quoque humeri fractura accedat, cogaturque Medicus eodem tempore utrique vitio subvenire. Docendi autem gratiâ sermoni insistam, qui eum casum explicet, ubi & caput humeri in alam excidit, & medius humerus comminuitur.

CAPUT XVII.

Quomodo curatur humerus fractus & prolapsus simul. De humero fracto simul & prolapso.

QUæsitum est à majoribus nostris qua via hæc restituantur. Pasicrates quidem os suo loco motum primo restituit, quod majorem vim in restituendo postulet, quam fractura. At si quis sub fractura laqueum injiciens eodem momento velit tam quod fractum est, quam quod excidit restituere, dum vis ad luxatum, quantum postulat, adhibetur, fractura plus justo intensa partes fracturæ superjectæ ultra debitum extensæ, lædentur, resolventur nervi aut abrumpentur, & fortasse corpora tota, priusquam articulus laxetur; atque hac de causa censuit ipse laqueum super fracturam imponendum, & ante quod luxatum est, dein quod fractum est, restituendum. Voluit Aristion eodem tempore, & luxatum & fractum humerum restituere, ne si luxatum prius reponatur, dum fractura componitur, præ vi positum humeri caput erumpat. Quæ dicuntur in utroque casu sequi detrimenta, verè sic habent. Quapropter nobis placet, ante articulum reponi, proximéque fracturam curari, ea cautione, ne dum quod fractum est, ab inferiori parte extenditur, articulus elabatur. Ad luxatum igitur restituendum cuneus à funibus dependens in alam conjicitur, rursusque capita funis sursum adducuntur super caput; humero super fracturam Carcheisius laqueus imponitur, vel alius, qui æqualiter extendat, ejusque capita deorsum demissa, ut retineantur ad aliquam moram vinciuntur, atque à superiori parte attrahendo articulus reponitur; quo facto cuneus in ala relinquitur, ut humeri articulus maneat, laquei verò capita inferiori parte resolvuntur, & super caput adducta tanquam retinacula vinciuntur, ut utriusque præsidio cunei scilicet & laquei, articulus suo loco servetur: post hæc Carcheisius laqueus, vel alius æqualiter extendens humero injicitur, cujus capita deorsum demissa ad axem, ut ab inferiori parte intendant, religantur; quo fit, ut fractura ab inferiori parte extensa componatur, superiori articulo non excidente. Hactenus de humeri capite, nunc de cubito.

CAPUT XVIII.

De Cubito luxato.

CUbito in illas tres partes converso, in quas ubi procidit, brachium curvum est, neque extenditur, homo resupinandus est super asserem scalæ insidentem. Alligatis trochleis organoque ab inferiore parte, laqueus inæqualiter extendens brachio prope manum injiciendus, cujus capita super caput adducta ad oppositam moram alligentur. Tum duplicatæ habenæ medium juxta cubitum dandum, capitaque ejus deorsum adducenda. Dantes igitur capita laquei quidem humero injecti, supra caput, duplicatæ verò habenæ, deorsum, continebimus simul & ab inferiori parte extendemus, ut ostensum fuit in superioribus. Nervis abundè intensis eo modo impellemus, quem paulò supra diximus, quum de erecta scala pertractavimus. At si in priorem partem elabatur, in quo casu brachium extenditur, resupinato itidem homine, laqueus æqualiter extendens humero injiciatur, capitaque ejus super hominis caput attrahantur; tum alter laqueus æqualiter extendens ad extremum brachium alligetur, ejusque capita deorsum ducantur; intensionem verò à pedibus adhibendam esse antea exposui. Eodem autem modo ubi articulum restituimus impellere oportet, premendo scilicet, & circunducendo, eademque ratione restituere, quæ in opere de articulis dicta est. Verùm si alterum os præter naturam habeat, sive cubitus excidat, sive radius diducatur, laqueo rursus æqualiter extendente ad humerum dato, capitibusque ejus sursum super caput adductis, ut retinacula sint, brachio laqueus injicitur, qui inæqualiter extendat, quemadmodum explicavimus, capitaque ejus deorsum ad organum adducuntur, & iidem impellendi modi accommodantur. Absolvimus jam sermonem universum de cubito, atque humeri capite, restat ut ad manum accedamus.

CAPUT XIX.

A

A Organum ad scalam alligatum, &c.

De Manu.

MAnus in quatuor partes movetur, interiorem, exteriorem, priorem, & posteriorem. Restitui autem debet vel super scamnum, vel super scalam, quæ plana collocetur. Homine itaque juxta scalam, vel scamnum sedente figuretur manus supina, si in interiorem partem erupit; prona, si in reliquas tres: deinceps circa sinum manus, ferramentum, quo adurimus transversum, vel transversus axis detur, atque ad ipsam palmam vinciatur: tum extremitatibus, proposito

vectis, seu ferramenti, sinus laquei inæqualiter intendentis, vel mediæ habenæ injiciantur, capitaque à priori parte ad organum ferantur. Brachio autem in vicinia manus circunligetur laqueus æqualiter extendens, cujus capita ferantur à posteriori parte; rursusque intensio adhibeatur, quæ paulò ante exposita est: vel continendo, & seu ab inferiori, seu superiori parte extendendo, vel in diversa adducendo, postquam abundè intenderimus, impellere debemus, quemadmodum in libro de luxatis exposuimus premendo, ubi in interiorem, vel exteriorem partem venit, ubi in priorem & posteriorem, adducendo. Sed venio ad spinam.

CAPUT XX.

De Spina.

SPina gibba ex recenti ictu restituitur. Oportet in restituendo hominem pronum collocare, vel super scalam cujus gradibus asser injectus sit, vel super scamnum, trochleasque (ut dictum est) adhibere. Post hæc ad spinam dare binos laqueos æqualiter extendentes, unum à superiori parte gibbi, alterum ab inferiori, vel quaternos ex iis qui inæqualiter extendunt, inter se oppositos, binos à superiori parte, totidem ab inferiori: & superiorum quidem capita sursum, inferiorum verò deorsum adducere, sive ut retinacula sint, & vel ab inferiori, vel à superiori parte intendant, sive ut in diversa diducant, verùm ubi in diversa diducimus, trochleis utimur alio intercedente motu agentes. Postquam abunde intenderimus, eo modo impellimus, quem in Libro de Articulis enarravimus. Sequitur autem ut de modis reponendi femoris pertractemus.

CAPUT XXI.

De Femore.

FEmur in quatuor partes prorumpit, interiorem, exteriorem, priorem, & posteriorem; atque ubi in tres partes convertitur, crus extensum est, & curvati minimè potest. Quod si in posteriorem partem prolabatur, curvatur, sed non extenditur. Igitur si in illas tres partes venit, ubi extensum crus minimè implicatur, resupinandus homo est super scalam, vel scamnum, & tunc duplicatæ habenæ vel funis medium lana seu linteo circundatum inter anum & naturale injiciendum, capitaque ejus super caput adducenda. Sin in exteriorem quidem & priorem partem femur eruperit, media habena variè quacunque parte inter anum & naturale dari potest. Sed, si in interiorem partem exciderit, inter femur integrum adhibenda est, & articulum qui restitui debet, ne si femoris capiti subjecta fuerit, membrum ab interiori parte attrahi non sinat. Quo facto Carchesius laqueus vel alius æqualiter extendens femori extremo circunponendus est, capitaque deorsum ad organum ferenda, & ad axis clavum alliganda, ut adhibitis retinaculis converso axe contineamus, & ab inferiori parte extendamus. Nihil item prohibet quominùs à superiori intendamus, quemadmodum dictum est, quà de humeri capite. Nervis, quantum satis est diductis, iisdem utendum est impellendi modis, quos in opere de articulis indicavimus. At si femur in posteriorem partem prolabatur, ubi complicari crus diximus, sed nullo modo extendi, organo ab inferiori parte alligato æger sedeat; magis tamen in supinum habitum conversus, in alteram coxam inclinetur. Post hæc contineatur, sicut in opere de articulis ostendimus; tunc Carchesius laqueus, vel alius æqualiter extendens, femori circundetur, ejusque capita deorsum demissa, ut ab inferiori parte extendant, ad axem religentur: nervis, quantum res postulat, intensis, oportet eadem ratione in restituendo impellere, quæ in opere de articulis exposita est, spatha premendo idonea extrahere, & femoris caput in exteriorem partem adurgere; sicque crure deorsum extenso, atque homine resupinato articulus reponitur: Crus autem restitutum testatur ejus flexus, atque porrectio: in quancunque enim partem venerit, ubi restitutum est, liberam ejus actionem spectamus, flexum scilicet & porrectionem.

CAPUT XXII.

De Genu.

GEnu in tres partes erumpit, interiorem, exteriorem, & posteriorem; ubique autem crus extensum est. Si in interiorem & exteriorem partem veniat, hominem resupinare convenit; si in posteriorem, pronum collocare, tuncque laqueos æqualiter extendentes membris injicere; unum quidem femori prope genu; alterum cruri super eam regionem, quæ carnosa à posteriori parte prominet; rursusque organo ad inferiora deligato, easdem adhibere intendendi rationes, quæ in aliis luxatis sunt ostensæ, impulsumque in opere de articulis declaratum.

CAPUT XXIII.

A

Laqueus injectus, &c.

De Talo.

TAlus modò in interiorem, modò in exteriorem partem prolabitur, nonnunquam etiam in posteriorem. Rursus itaque oportet hominem sedere, extensoque cruri laqueum imponere, qui æqualiter extendat. ejusque capita ad posteriorem partem porrigere; ad talum verò sandalium, vel draconem laqueum dare, capitaque à priori parte ad axem adducere, continendoque ab inferiori parte extendere, & iisdem uti modis impellendi, quos in opere de luxatis explicavimus. Restituendi rationem præterimus; quoniam de hac præcipuè agimus, ubi organorum, quæ plana collocantur; præsertimque nostri machinamenti motum declaramus.

CAPUT XXIV.

A

Nymphodori Glossocomum clausum.

B

Nymphodori Glossocomum apertum.

Glossocomum Nymphodori.

GLossocomum Nymphodori tractorium, organum est quadratum: Habet autem duo latera, quod extremis partibus per duo transversaria inter se junguntur: laterum verò & transversariorum eadem est magnitudo, sunt enim longa lataque duos palmos, crassa digitos totidem. Quare quum æqualis sit eorum modus, jure glossocomum ex eorum numero est, quæ propriè quadrata appellantur. Media igitur latera exculpta, cavataque sunt cavis non nimis altè penetrantibus, quibus includitur axis habens in medio tympanum, cui ab utraque parte ferrei unci sunt, duo in universum, vel foramina in quæ possint conjici funes, quorum hæc ratio est. Funes duo uncis medii circunligant, & ab utraque parte prope foramina nodum accipiunt: quorum capita quum quatuor sint, duo trajiciuntur per transversarium prius, ab interiori parte extra; reliqua duo per id quod posterius est. Secundum tympanum cochlea speciem lentis referens recta collocatur, hæc compositio vocabulo Græcè κοχλιάζει dicitur. Ejus extremitas demittitur in cavum non penetrans prioris transversarii; pars verò quæ cochleæ modo striata est, juxta tympanum collocatur; quod supereſt ex ejus longitudine per foramen transit, extremaque parte baculum versans habet, quo torquetur, ut cochlea per id versata tympanum moveat, converso hoc axis versetur, quo moto funium capita quæ extra procedunt, ad intendendum ducuntur. Sunt item in glossocomo opercula, ut quæ in eo sunt machinationes occultentur; tum quatuor annuli ad latera fixi, bini ab inferiori parte, totidem à superiori, ea de causa, ut alligari organum possit. Hujus fabricationis auctor est Aristion filius Pasicratis, siquidem aliter structum fuit à Nymphodoro. In vetusta enim structura extat cochlea non per transversarium, sed quà opercula sita sunt, trajecta. Duas enim forfices ferreas ad latera affixas habet ad medium pertusas, quarum una axi subjicitur, altera superponitur, utraque à latere tympani collocatur, inferior angustius foramen habet, superior latius. Cochlea igitur ab ea parte, qua opercula sita sunt, trajecta, atque à forficibus contenta, alterum operculum sine impedimento claudit; alterum claudi non patitur pars cochleæ, quam penetrare diximus, cuique baculum versans affigitur. Hoc itaque operculum medium transversum in duas partes secatur, quarum altera manet immobilis, altera clauditur; atque hæc media in longitudinem lunata figura exciditur, ut quum operculum clauditur, lunatum ejus cavum propositam cochleæ partem excipiat. Hanc Nymphodori structuram non accepit Aristion, sed adjecit organo axem habentem tympana, foraminaque, ut axis qui in medio est, motus, ubi velis consistat, & vi minimè volvatur. Transtulit A item annulos juxta prius transversarium, ne organum à parte operculi, sed à parte prioris transversarii alligetur. Trajecit præterea funium capita per opercula, hæc quidem à superiori parte, illa verò ab inferiori. Quod quidem pertinet ad annulorum situm, unà nobiscum sentit; sed axem quem adjunxit, tanquam supervacaneum rejicimus, siquidem unus axis ex robusta materia præparatus, quod opus est abundè efficit. Sed quum glossocomi fabricationem resolverimus, sequitur ut ad ejus motum veniamus.

B

CAPUT XXV.

De motu organi.

VBi humeri caput suo loco movetur, præcipueque si in alam veniat, ad scalam eodem modo paratam, quo in Nilei Plinthio explicavimus, nunc pro Plinthio Glossocomum alligetur, non ab operculis, ne sub cochlea habenæ abrumpantur, sed à priori transversario, annulis prope ipsum affixis. Aperiantur item opercula, capitaque funium ad axem alligata excipiantur, hæc quidem à superiori parte, illa verò ab inferiori. Ac deinceps ubi restituere volumus, subsellium prope scalam ponatur, super quod homo ascendens brachium sic trajiciat, ut indatur cuneus in alam; circunligetur insuper humero Carchesius laqueus, vel alius æqualiter extendens, ejusque capita ducantur ad superiora funium capita, ut machinationum motu directis ductionibus ab inferiori parte intendamus, aut alio intercedente motu, aut per duos contrarios motus interjectos, hoc modo: Laquei capita per inferiores trochleas trajiciantur, & cum funium capitibus colligentur, quo rursus fit, ut glossocomi machinationes motæ alio intercedente motu ab inferiori parte extendant. Verùm si per superiores laquei capita trajiciantur, deinceps per inferiores demissa ad funium capita vinciantur, rursus machinationum motus per duos contrarios motus interjectos ab interiori parte extendit. Impulsus verò quos deinde res postulat, fiunt quemadmodum dictum est, ubi humerus in alam prolabitur, & per duplicem habenam extrahendo, & intensione remissa per manus sursum compellendo. Retulerunt alii organum hoc, ubi à superiori parte extendere volumus, idoneum esse; transferunt enim ipsum ad superiorem partem supra caput, cuneumque ad gradum adhærentem, solutum tamen, in alam conjiciunt; deinde capita funium cunei, ad inferiora capita funium organi religant, & Carchesium laqueum humero injiciunt, cujus capita deorsum adducta ad imum scalæ gradum immobilem devinciunt, ut per hæc retinaculis adhibitis directis ductionibus à superiori parte intendant. Licet etiam organo ab inferiori parte alligato à superiori extendere alio intercedente motu; alligatis enim laquei capitibus ut / quemadmodum dictum est) retinacula sint, cunei funium capita per trochleas trajecta cum superioribus capitibus funium organi vinciunt, ut machinationibus motis alio intercedente motu à superiori parte extendant; aut laquei capitibus non amplius retinaculi vicem exhibentibus, sed ad funium organi capita alligatis, vel ad superiora directis ductionibus, vel alio intercedente motu ad inferiora idem

præstent; quumque abundè extenderunt, eosdem adhibent impulsus, quos paulo ante proposuimus. Quæ relata sunt, adscripsimus. Probamus autem & in hoc quod de Nilei Plinthio diximus; ubi scala erecta collocetur, intensionem ab inferiori parte adhiberi, cuneo ad scalam alligato; eam verò quæ vel à superiori parte trahit, vel in diversa deducit, ex toto prætermitti, ejusmodi siquidem imbecilles sunt. Quòd si homo jaceat sic interdum censui luxatum reponi. Contentus sum propositis reponendi rationibus exempli causâ propter organi motum huc allatis; omnia enim luxata per hoc quoque instrumentum reponi possunt; non secus ac per Nilei Plinthium. Utriusque machinationes sunt diversæ, sed reponendi rationes eædem, sic ut liceat ex superioribus universum hujus organi motum intelligere.

CAPUT XXVI.

A

Trispastum Apellidis seu Archimedis.

Trispastum Apellidis, seu Archimedis.

ILlud in primis scire convenit neque Apellidem, neque Archimedem Medicos fuisse, sed architectos qui machinamentum hoc excogitarunt (quemadmodum nos accepimus de historia) ad naves deducendas, funibus non per manus, sed per ergatam attractis. Illius autem sæculi Medici ejus structuræ modum minuentes trispastum tractorium organum medicinale ad luxata factaque restituenda fabricarunt in hunc modum. Totum organum ex eorum genere est, quæ oblonga quadrata nuncupantur. Est autem hoc modo compactum. Duo latera longa palmos quatuor digiti crassitudine inter se coagmentantur per transversaria longa palmos duos, crassa digitum. Latitudo potissimum posterioris transversarii sex digitos æquat; prioris propter opercula palmos duos. Ut retulit autem Pasicrates, media latera excavata sunt, cavis non nimis altè penetrantibus, quibus duo axes includuntur rotas habentes in vicinia laterum, utriusque axis rotæ perforatæ sunt perviis foraminibus, quæ non alia de causa facta sunt, nisi ut in ea funes immittantur, quorum ratio hæc est. Funes duo, extrema parte nodum accipientes, conjecti in prioris axis foramina attrahuntur ita ut nodi super foramina collocentur: tum funes circa suas uterque rotas involvuntur, & per posterioris axis foramina trajecti nodum accipiunt. Posterior axis medius inter rotas foramen habet, in quod rursus funis conjici debet. Sumitur funis longus, qui ab utraque extremitate nodum acceperit; deinceps per propositum foramen trajicitur sic ut nodus foraminibus jungatur; post hæc circa medium axem involvitur: quo facto altera ejus extremitas per posterius transversarium, quod medium perforatum sit, trajicitur. At quid nunc sit fune trajecto? manu tractus evolutusque posteriorem axem convertit, quo converso alia capita funium, qui extra procedunt ducuntur. Adhibentur autem funes quatuor, duo, & item duo, atque ad hunc modum immittuntur. Sumuntur funes duo, qui extrema parte nodum acceperint, & per duo foramina prioris axis, quæ inter rotas sunt, trajiciuntur attrahunturque, sic ut nodi foramina contingant; tunc que funium capita per prius transversarium perforatum ab interiori parte versus extetiorem trajiciuntur. Aut prehenditur funis unus duplex, cujus capita conjecta in prioris axis foramina attrahuntur, ut medius funis inter foramina statuatur: postea ejusdem funis capita per prioris transversarii foramina trajiciuntur. Duo item alii funes sumuntur nodo extremâ parte devincti; hi per foramina inter rotas posterioris axis facta, & à medio foramine recedentia attrahuntur, qui deinde ubi eorum nodi ad foramina pervenerint, tunc ducuntur, trajiciunturque per posterius transversarium perforatum, sic ut quinque nunc sint funium quæ extra feruntur, capita duo per prius transversarium, tria per posterius. His posterioribus manu attractis, inclusisque funibus (ut dictum est) involutis, atque evolutis, capita eorum qui exterius ferebantur, ducuntur, extenduntur que capita habenarum quibus distenditur corpus. Hujusmodi organi structuram Pasicrates exponens reprehendit tanquam minimè efficacem: universum enim organi opus consistit in ductione funis posterioris qui manu attrahitur. At nequit manus in restituendis luxatis vim tantam sustinere, præsertim ubi magni articuli sunt & corpora robusta: quamobrem organi structuram immutavit, duosque axes qui inclusi erant, ita struxit, ut penetrarent, & priorem minorem exiguis capitibus extantem, posteriorem majorem, & longiora capita habentem, & ad prioris quidem axis extantia capita clavos confixit; posteriori vero vectes adjecit. Demissis axibus duobus digitis machinamentum in restituendo sic movit. Habenas extendendis corporibus injectas ad extantia prioris axis capita deligavit, ut posteriori axe converso prior moveretur, & evolutis involutisque funibus nervi extenderentur. Verùm Aristion Pasicratis filius patri adversatur, ut vetustam organi structuram ignoranti. In vetusta (enim) organi structura axes non movebantur in laterum cavis, sed circa ferreos chodaces affixos lateribus in capreoli formam excavatis; quod videre licet in organis ad aquam hauriendam comparatis, quæ ob fabricationis rationem facile convertuntur, neque tamen rotæ in se continent armillam, sed chodacem. Quoniam igitur axes per armillas moventur circa chodaces, & rotæ per chodaces circa armillas, axes promptè admodum versabuntur, atque idcirco sine impedimento erunt, etiam si funis manu ducatur. Ob id autem ipsum trispastum organum appellatum est, quoniam tres funes agunt, unus quidem extra ductus, duo inclusi. Hactenus ipse probabiliter scripsit, sed vera sunt quæ à Pasicrate adducuntur, non enim potest manus funem ducens bene restituere; sed fortasse motionis causâ in ludo organum movere, vis autem quæ in restituendo requiritur, per manum minimè poterit adhiberi. Atque ea de causa iisdem omnibus factis, quæ in vetusta scriptura sunt ostensa, tertium axem organo adjiciendum judicavimus, cujus capita trajecta per latera essent, ut posterior axis nunc medius fiat, medius autem perforetur: in extantibus capitibus vectes demittantur, vel manubriola, aut bacula ductaria: medius verò funis posterior, ubi circa axem est involutus, trajicitur per foramen axis penetrantis, suoque ibi capite alligatur. His ita constitutis conversus posterior axis, ille inquam, cujus

capita

capita extant, funem circa se involvit; quo fit ut medius axis moveatur, quo moto, prior quoque axis movetur. Tribus axibus converſis, funium qui extra ducuntur, capita tenduntur, cum quibus vinciuntur habenæ, quæ corpora extendunt. Habet item organum opercula veluti gloſſocomum, ne machinationes oculis exponantur; atque item annulos ad latera affixos quibus alligetur. Hæc eſt univerſi triſpaſti fabricatio. Reſtituendi autem modi aptantur iidem, quos poſuimus in gloſſocomo, diſtat enim ſolum, quibus movetur, machinationibus. Præterea funium eadem eſt ductio, habenis ad eos alligatis. Sed jam triſpaſti fabricationem explicatam habemus.

CAPUT XXVII.

A

A Fabri organum.

B

B Fabri organum.

Fabri Organum.

FAbri organum ad hunc modum fit. Super baſim quæ κρηπὶς nominatur, pro organo dimenſam ſtatuuntur crura duo, quorum longitudo duos cubitos & ſemiſſem æquat, aut etiam excedit; latitudo implet digitos quatuor; craſſitudo tres. Crura hæc per duo tranſverſaria inter ſe coagmentantur, altero ab inferiori parte, quod quinque palmos à baſi recedat, altero à ſuperiori, qua cruta finiuntur. Inferiori tranſverſario ſubjicitur aſſer tranſverſus qui & cum lateribus organi, & cum tranſverſario committitur. Hunc aſſerem ſedile conſueverunt omnes appellare, cujus medium ad tranſverſarium exciditur ad effigiem ıı inverſi, qua parte tranſverſario infigitur æneum ıı. Accommodatur tam cavum, quàm Π demittendo priapiſco octo digitos longo. Inter tranſverſaria ab interiori parte crurum canaliculi excavantur, in quibus dum luxata reponuntur quadrata teſtudo moveatur, ſpatham & cubitos movens. Quandoquidem prior pars teſtudinis (frontem dicunt) pervio foramine pertunditur, in quod radix conjicitur, cujus extremum quà extenuatur, ad poſteriorem teſtudinis partem per craſſitudinem trajicitur. Propoſita pars radicis pervio foramine pertunditur, per quod fibula demittitur, ne radix evellatur, ſed manens in foramine torqueatur; Fibula autem in extrema radice ſcutulo ſuperpoſito includitur. Radix eò pertinet, ut ſpatham in organo ſuſtineat. Habet enim organum ſpatham capitulo leniter cavo aſſurgentem, ita longam, ut à teſtudine ad ſuperius tranſverſarium, quod caput nominatur, pertineat, & cuneati axis modo excedat. Hujus ſpathæ extremitas, quæ contra capitulum eſt, media in quadratam figuram exciditur, atque in cavum includitur radicis extremitas lata, quæ perforatur. Perforatur item ſpatha ab uno latere ad alterum, in quod foramen fibula demittitur, ut ſpatham detineat ad radicem. Ipſa verò teſtudo juxtà medium pertunditur foraminibus quatuor, vel ordine diſpoſitis, vel duobus à priori parte, totidem à poſteriori conſtitutis; quæ non alia de cauſa fiunt, niſi ut funes in ea indantur, ut in ſequentibus oſtendam. Medium caput, hoc eſt, ſuperius tranſverſarium in quadratam figuram excavatur, in quod cavum duplex trochlea inditur, quæ circa axiculum verſatur. Habet item ſuperius tranſverſarium duo alia cava quadrata pervia, nempe ab utroque trochleæ latere unum, in quæ conjiciuntur quadratæ cubitorum partes; duo enim cubiti per ſuperius tranſverſarium demittuntur deorſum, & teſtudini inhærent, quæ quadrata cava in ſummo habet. Imas cubitorum partes quadratas tenueſque architecti calces nuncuparunt; ſuperiores latas ac rotundas dixerunt alas. In alas ergo cubitorum, quæ ſuperius tranſverſarium excedunt, & perviis foraminibus pertuſæ ſunt, axis conjicitur, cujus capita utrinque excedunt, medium cuneatum eſt, in extremis capitibus vectes ſunt, vel manubriòla ductaria quibus convertatur. Alarum partes priores juxta foramina & axis capita rurſus forantur, ut ſi quando opus ſit in foramina fibulæ demiſſæ ſervent axem immobilem. Organo præterea juxta crurum extremitates alia duo ſunt adjuncta crura, ut ſi quando ſedilis vicem exhibeat, ſuper baſim, atque adjuncta crura jaceat. Verùm quia teſtudo per funem elata, & cubitos & ſpatham attollit, in ſequentibus qua ratione funis indatur, adjiciam. Sumitur funis duplex, cujus capita per duo foramina, quæ vel juxta cubitos ſunt, vel à priori parte, vel à poſteriori, vel in medio trajiciuntur, vel ab inferiori parte ſurſum adducuntur, ſic ut medius funis inter foramina collocetur; deinde capita ſurſum feruntur, & circa duplicem trochleam prioris tranſverſarii involvuntur, atque (ut dictum eſt) permutata deorſum procedunt, & ad clavos penetrantis axis religantur. Continetur enim organo Fabri alius axis conjectus in crura, quæ ſuper tranſverſarium inferius digitis quinque interpoſitis perforata ſunt. In axis medio duo clavi ſunt infixi, in extantibus capitibus vectes, vel manubriola ductaria, quibus convertitur axis, cujus converſio per funes teſtudinem attollit; atque unà cum ſpatha ſimul & cubiti, & axis, qui alis continetur, ſurſum feruntur ad luxata quæ à ſuperiori parte extenſa in ſuam ſedem collocantur. Hujuſmodi eſt antiqua ſtructura organi, quod ad Fabrum refert auctorem.

CAPUT XXVIII.

C

De motu organi.

QUum erecta organa comparentur ad reponendum humeri caput excitando, & aliis quoque modis idonea ſint, de humeri capite reſtituendo tractare conſtitui. Ordiar autem ab eo caſu ſub quo in alam prolabitur. Verùm ut organi motum perfectum habeamus, quaternæ trochleæ organo adjicientur, binæ ab inferiori parte, qua baſis ſurſum ſpectat, totidem à ſuperiori ad ſumma crura. Ubi ergo luxatum reſtituere volumus, cuneata pars axis primum lana vel linteo circundetur, ſubſelliumque juxta organum ponatur, ſuper quod homo aſcendat; deinceps vinciantur cruta quidem habena inter ſe, ſed integrum brachium extenſum ad latus. In foramina autem alarum indantur fibulæ, ut axis ſervetur immobilis, uſque dum eo moto

opus erit. His ita constitutis brachium super axem imponatur; atque ubi cuneata pars axis in alam conjecta sit, laqueus Carchesius, vel alius æqualiter extendens, humero injiciatur, ejusque capita deorsum adducta, ad clavum ejus axis, qui cruribus annectitur, alligentur; fune non amplius indito, quemadmodum in organi fabricatione retulimus, axis conversio directa ductione ab inferiori parte extendet, id quod etiam alio intercedente motu, ad hunc modum fit. Laquei capita primo per inferiores trochleas traducuntur, inde sursum data ad clavos axis alligantur, ut hic versus propositam intensionem moliatur. Idem quoque efficitur duplici contrario motu interjecto: laquei enim capita per inferiores trochleas trajecta ad superiores feruntur; inde ad axis clavos vinciuntur, ut duplici contrario motu interjecto ab inferiori parte extendant. Tales sunt modi quibus ab inferiori parte intendimus. Si quis autem à superiori intendere voluerit, fune in testudinem conjecto veluti in organi structura posuimus, laquei capita deorsum adducat, & tanquam retinacula ad aliquid immobile devinciat; post hæc axem convertat, quo converso testudo alio motu intercedente, per funem elata, à superiori parte intendet. Ex his quoque ille modus comprehenditur, qui in diversa extendit. Hic non amplius requirit, ut capira retinacula sint, sed ab interiori parte ad axis clavos vinciantur, vel per se, vel alio motu intercedente, ut per unum machinationis motum, propositus extendendi modus adhibeatur. Servetur autem in intendendo axis immobilis, quemadmodum declaravimus. Postquam abunde intenderimus, fibulæ quæ moveri illum non patiebantur, recipiendæ sunt, atque ipse per vectes, vel manubriola ductaria convertendus, ut cuneo aliqua ex parte inclinato, extrahendo repellamus, sicut in aliis organis ostendimus: post hæc dum restituimus humero deorsum intenso, minister à posteriori parte assistens manus det ad cervices hominis, ut corpus versus pedum regionem cogat in contrariam partem. Verùm ubi restituimus, ministro id præstante, quod ostendimus, subsellium pedibus hominis subjectum subtrahatur, ut ipse suspendatur ab organo; tum (ut alibi dictum est) eodem momento, quo ab inferiori parte extendimus, atque exciramus, per cuneum extrahendo impellemus; deinde intensione remissa sursum cogemus, utraque manu membro comprehenso, & ut in suum locum recondatur, elato. Hac igitur ratione humeri caput in alam prolapsum restituitur.

Verum si in priorem partem, aut posteriorem veniat, vertere sic axem oportet, ut quod ex eo cuneatum est, deorsum spectet, sursum quod æquum est, hoc siquidem nunc aptatur ad reponendum humeri caput, quod in propositas partes eruperit. Eo facto homo super subsellium, quod juxta sit, ascendens brachium superponat, sic ut axi insidat; deinde humero injiciatur laqueus æqualiter extendens, cujus capita deorsum ad axem alligentur: eædemque intendendi rationes adhibeantur, quæ traditæ sunt, ubi in alam excidit. Nervis abunde diductis impulsus convenit, quem in aliorum organorum motione monstravimus.

Sed si neque cubiti sint, neque axis in alas conjectus, humeri caput in alam prolapsum ita restituitur. Agitatur spatha sic, ut capitulum ejus perinde ac cuneata pars axis superius transversarium excedat: tum duplex habena media inter spatham, & transversarium datur, cujus capita ab exteriori parte pendent. In restituendo autem æger ad organum assistens, brachium super transversarium imponit sic, ut spatha in alam indatur; post hæc Carchesius laqueus, vel alius æqualiter extendens humero injicitur, cujus capita deorsum demissa ad transversarium, ut retinacula deligantur. Fune ad testudinem dato axis conversus testudinem, cumque ea spatham attollens, à superiori parte extendit. Aptatur item ille extendendi modus, qui in diversa ducit, laquei capita mutata ad axem alligantur, tunc siquidem conversus axis in diversa diducet. Postquam satis extenderimus, duplicis habenæ capita continenda sunt, & per hanc ipsa spatha, ut per spatham extrahendo impellamus. Quo facto intensio remittenda est, membrumque sursum adducendum, ut quamcelerrimè in suum locum articulus collocetur. At si organum non spatham habeat, non cubitos, non axem illis contentum, humeri caput in alam veniens per cuneum sic reponi debet. Cuneus in quem funes conjecti sint, superiori transversario insidat, & per funes ad ipsum vinciatur; deinceps æger brachium superimponat, cuneusque in alam conjiciatur, quo conjecto laqueus Carchesius humerus circunligetur, ejusque capita deorsum demissa dentur ad axem, qui cruribus continetur, ut axis versatio ab inferiori parte extendat. At ubi satis intenderit, impellere oportet, velut in aliis organis demonstravimus, aut extrahendo, aut sursum compellendo: qui modi, quum ab inferiori parte extendimus, potissimum ad rem pertinent. Placuit aliis per testudinem ita reponere. Funem primò resolvunt, ipsumque duplicant, cujus duplicati capita per duo testudinis foramina trajiciunt, à superiori parte deorsum, & ad inferioris axis clavos alligant. Attollunt itaque testudinem prope superius transversarium, tuncque restituendum brachium superinjiciunt, cuneumque in alam demittunt; post hæc brachium per palmam juncturam ad testudinem vinciunt. His itaconstitutis inferior axis convertitur, testudoque à subjecto fune deorsum versus attracta ab inferiori parte ducit; quo pacto intensio quidem ab inferiori parte adhibetur, sed humero ad testudinem alligato prohibetur conveniens impulsus.

CAPUT XXVIII.

De Cubito luxato.

CUbito in illas tres partes elapso ubi brachium curvatur, interiorem inquam, exteriorem, & posteriorem, juxta organum ab omni parte præparatum stare æger super subsellium debet, atque axis converti sic, ut pars ejus quæ cuneata est deorsum spectet; sursum, quæ æqua; dehinc brachium dare super axem. Quo facto humerus ad axem per palmam juncturam deligandus est; brachio verò in vicinia manus injiciendus est laqueus inæqualiter extendens, ejusque capita sursum adducenda, & ad alam, vel ad extans caput axis è regione alliganda. Brachio sic ad rectum angulum figurato habenæ vel latæ fasciæ medium ad eam

regionem detur, quæ proximè sub cubito est, cujus capita deorsum ad axem portigantur. Quod ad extendendum pertinet iidem modi conveniunt, quos, ubi humeri caput restituitur, ostendimus. Nunc siquidem licebit vel continendo, & à superiori parte extendendo, vel in diversa ducendo vim adhibere; qua abunde adhibita eadem impellendi ratio accommodatur, quæ tradita est, ubi de aliorum organorum motu pertractavimus. At si cubitus in priorem partem moveatur, in quo casu brachium extenditur, membro superimposito humerus ad axem deligetur; tunc Carchesius laqueus, vel alius æqualiter extendens brachio injiciatur, ejusque capita deorsum ferantur, eademque intendendi ratio adhibeatur; post idem impellendi modus expeditissimus, quem in tractandis organis demonstravimus. Propriè autem spatha plurimum videtur ad cubitum restituendum pertinere. Videamus autem, quomodo, ubi neque cubiti in organo sint, neque axis in alis contineatur, opus hoc efficiendum sit. Funis igitur resolvitur, duplicaturque, & ejus capita per duo foramina testudinis à superiori parte deorsum trajecta, ad axis clavos alligantur; testudo autem cum spatha prope superius transversarium attollitur; dein spatha torquetur, & brachium super transversarium, cui lana circundata sit, imponitur, humerusque ad transversarium per palmam junctura alligatur, brachium verò ad spatham toto membro curvato; convertitur igitur axis cruribus contentus, testudoque deorsum versus à fune coacta spatham similiter seorsum adducit, sicque ab inferiori parte intendimus. Atubi satis extenderimus, aptatur impulsus quem paulò supra posuimus; si in exteriorem, vel interiorem partem cubitus elabatur, adducendo; si in posteriorem, extrahendo. Porro ab inferiori parte extendere possumus; impulsu autem, eo quod brachium devinctum sit ad spatham extrinsecus, prohibemur; nisi quum radix evelli ex foramine possit, extrahendo impellamus. Magis autem accommodatur spatha, ubi cubitus in priorem erupit, quem si restituere velimus, funem demittere similiter oportet, sinereque ut spatha dependeat; deinde membro superinjecto, humerum ad transversarium devincire, brachium verò ad spatham; post hæc ab inferiori parte extendere, vi quantum res postulat adhibita impellere, ante quidem premendo, tum circunducendo, spatha cum brachio tortâ curvataque premendi causa. Hactenus de cubito luxato.

A

B

C

E

CAPUT XXIX.

A

Scamnum Hippocratis.

Ex Ruffo Scamnum Hippocratis.

F

HIppocrates maximè admiratione dignus multis in locis suum organum ξύλον appellavit, in quibusdam etiam κράδιον, recentiores βαθρον, id est scamnum dixerunt, eoque affixis cruribus, & pro organo & pro scamno usi sunt. Struitur autem sic. Paratur lignum sex cubitos longum, latum duos, novem digitorum crassitudine, resupinaturque; & quatuor alia ligna pedem longa extremis partibus rotunda, duo scilicet, & duo cum ejus extremis junguntur. Hujusmodi ligna, quæ φλιαὶ ab Hippocrate vocantur, in latitudine perviis foraminibus pertunduntur, quibus continentur penetrantes axes in medio clavos habentes, & in extantibus capitibus manubriola ductaria ad convertendum continentur. Totum lignum in medio usque ad alteram partem quatuor digitorum spatio injecto cava habet, quorum altitudo pariter, & latitudo tres digitos æquet: cava hæc Hippocrates χαπέτους nuncupavit. Medium præterea lignum alte in quadratam figuram excavatur, quo scalmus demittitur, qui Priapiscus vocatur. Alias item habent φλιαὶ, in medio ad similitudinem literæ Π, non inutiliter adjectas. Structura igitur, Pasicrate auctore hujusmodi est; cui deinceps subdam, qua ratione moveatur Scamnum Hippocratis; quod ubi vetustam structuram habeat, homine jacente, ad luxata omnia restituenda idoneum est, ut dum singula exequar, declarabo.

CAPUT XXX.

B

A Iunctura lepus auritus, &c.

De Maxilla restituenda.

MAxilla excidente sive ab altera parte, sive ab utraque homo resupinatur sic, ut caput juxta axem, qui ab ejus parte est collocetur, brachiis ad pectus, atque abdomen alligatis, cruribusque inter se, & omnibus ad scamnum organum devinctis. Tum capiti ea junctura imponitur, quæ lepus auritus dicitur, ejusque sinus ad ea ligna, quæ proximum axem sustinent, ut retinacula sint, deligantur. Media habena in os inditur, quantum potest intima, juxta eam regionem qua maxilla cum malis committitur, inter dentes maxillares, ejusque capita deorsum demissa ad axem, qui à pedibus est, alligantur; aliaque habena media mentum complectitur, & in utranque partem ultra caput adducta ad axem qui super ipsum est diducendi causa devincitur. His ita constitutis inferior axis torquetur, ut continendo, & ab inferiori parte extendendo, vis adhibeatur. Postquam intenderis, quantum res postulat, ad eos impellendi modos venies, quos in opere de articulis exposuimus. Si maxilla quidem ab una parte excederit, tria efficies, adduces, premes, & sursum compelles: sin ab utraque parte extrema mota fuerint, premere conveniet, & sursum compellere. Hæc de maxilla: nunc venio ad humeri caput.

CAPUT XXXI.

C

Cuneus, &c.

De humeri Capite in alam prolapso.

UBicunque humeri caput restituimus, si in alam vel in priorem partem venerit, resupinare hominem debemus; si in posteriorem, pronum collocare. Ubi ergo in alam prolapsum restituimus, cuneus eò immittendus est, sic ut qua capitulum assurgit rotundum, ac leniter cavum,

in priorem partem ſpectet; quà æquus eſt, in poſteriorem: expedit autem cuneum ut mollior ſit linteo, vel lana involvere; omne enim lignum (auctore Hippocrate) durum eſt, & tactu lædit, atque hac de cauſa potiſſimum lana circundatur. Adde quod hæc ſudorem abſorbet, qui in ala oritur, & ob curationis mentum, & ob calorem ejus partis naturalem, qui ad diducendum confert, & quod cuneum labi non patitur. Deinde ſunium capita, hæc quidem à priori parte, illa verò à poſteriori ſuper caput ad axem adducenda. Media item habena ſub ala inter cuneum, & humerum danda eſt, vel (ut aliis placuit) inter cuneum, & latera, ejuſque capita ab exteriori parte attrahenda. Ipſi autem humero Carcheſius laqueus vel alius æqualiter extendens injiciendus, non quà laceratus eſt, ne quum nervoſus ſit, ſi adſtringatur doleat; ſed ſupra, vel infra plerique ſuperiorem regionem anteponunt tanquam magis idoneam, quod proximè ad articulum accedat; ſed locus hic ad curationem minus accommodatur; prohibet enim rectum impulſum. Sub muſculo igitur deligandum cenſemus, & ob hanc cauſam, & propterea quod locus qui juxta adſtringitur ægrè laxatur. Quæ verò mediocri interjecto ſpatio attrahuntur, facilè ſequuntur. Expedit autem ut laqueus mollius inſidat, humerum lana obvolvere, deinde laqueum injicere; tubercula enim cubito ſubjecta prohibent, quominus laqueus ſub extendentium vi deorſum labatur. His ita conſtitutis laquei capita deorſum demiſſa è regione ad axis clavum alligata ſunt, vel circa ipſum obvoluta, vel nodo inter ſe devincta: magis autem ad rem pertinent, ubi inter ſe alligata clavo circunponuntur; tunc ſiquidem opus ſuum firmius præſtant. Neceſſe autem eſt vel continere, & ſeu ab inferiori, ſeu à ſuperiori parte extendere, vel per organi axes in diverſa contendere. Abunde vi adhibita, primum convenit impellere, per duplicem habenam extrahendo; & eodem quo extrahimus momento, cubitum altera manu ab exteriori parte in interiorem agere, intenſione adhuc manente. Tum hac remiſſa laxataque manibus ſurſum compellere. At ſi caput humeri in priorem partem moveatur, hominem ſupinum collocamus; pronum, ſi in poſteriorem, cuneoque omiſſo, medium duplicatæ habenæ lana involutum ſub alam demittimus, capitaque ejus ſupra caput adducimus, non è regione humeri vitiati, ſed verſus contrariam partem homine reſupinato, ſi in priorem partem articulus exciderit. Quæſita autem cauſa eſt quamobrem id fiat. Paſicrates quidem id propterea fieri dixit, ne humerus detineatur habena è regione ſurſum verſus attracta. Recentiores non ea de cauſa capita oblique ducenda eſſe dixerunt, ſed ne corpora, quibus ala continetur, compreſſa lati ſcapularum oſſis ſinum impleant: Nobis verò cum omnibus convenit, capita obliquè danda eſſe ad contrariæ partis ligna, quibus axis continetur. Rurſus autem humero Carcheſius laqueus injiciatur, vel alius qui æqualiter extendat, ejuſque capita deorſum ad axem, qui à pedibus eſt, demittantur, ut vel retinaculis adhibitis ab inferiori parte intendamus, vel (ſi placeat) in diverſa contendamus. Convenit autem impulſus, quemadmodum ſupra declaravimus, manibus præcipuè adducendo, comprimendoque. Similiter autem ubi humeri caput in poſteriorem partem moveatur, homine prono collocato eadem moliri convenit, quæ, ubi in priorem venit, tradita ſunt. At ubi ſatis extenderimus, manibus premere, & adducere, & ſurſum compellere neceſſarium eſt.

CAPUT XXXII.

De humero luxato comminutoque.

NOnnunquam accidit ut prolapſo humero fractura quoque adjiciatur membro medio comminuto; in quo caſu recondere articulum oportet, & fracturam componere. Quod ad reponendum pertinet, retinaculo uti expedit, & à ſuperiori parte extendere. Quod ad fracturam ſimiliter uti retinaculo, & ab inferiori parte attrahere; ſed ante reſtituere quod prolapſum eſt, oportet; deinde quod fractum. Ergò ubi volumus quod prolapſum eſt condere, cuneum in alam indimus, capitaque funium ſuper caput attrahimus, ac mediam habenam inter cuneum & humerum demittimus, cujus capita ab exteriori parte procedant. Tum infra cuneum, ac ſuper fracturam Carcheſium laqueum injicimus, ejuſque capita deorſum ad ligna quæ axem ſuſtinent, ad retinendum alligamus; ſed funium capita ad axem, qui ſuper caput eſt, vincimus, ut eo converſo, & contineamus, & à ſuperiori parte extendamus. Nervis abunde intentis per convenientem impulſum articulum reſtituimus; quo facto laquei capita ſuper caput data, retinacula fiunt; & alter laqueus æqualiter extendens, cujuſmodi Carcheſius eſt, humero injicitur, cujus capita demiſſa ad axem qui à pedibus eſt, vinciuntur, ut & retinendo, & à ſuperiori parte extendendo vis adhibeatur: neque nunc eſt quod timeamus, ne fractura ab inferiori parte attracta repoſitus articulus excidat, ſiquidem quum à ſuperiori parte tam à cuneo, quàm à ſuperiori laqueo retineatur. Vi ſatis adhibita fracturam manibus componimus quemadmodum ſæpius indicavimus. Quòd ſi humeri caput in priorem, vel poſteriorem partem venerit, ubi reſtituitur, caſdem animadverſiones deſiderat. Hactenus de humeri capite.

CAPUT XXXIII.

A

A Carcheſius laqueus humero &c.

De Cubito.

CUbito in illas tres partes elapſo, in quas ubi venit, brachium curvum eſt, neque extenditur, interiorem, exteriorem, & poſteriorem, homo ſuper organum reſupinetur, quo commodè figurato Carcheſius laqueus vel alius æqualiter intendens, humero circundetur, cujus capita ut retinacula ſint, ſurſum ſuper caput vinciantur. Brachio autem in vicinia manus laqueus injiciatur, qui inæqualiter extendat, putà Attollens, Chiaſtus, aut Nauticus, cujus capita ſurſum adducta ad ligna quibus axis continetur religentur, utrunque ſcilicet ad id ad quod ſpectat è regione, ſic ut cubitus cum humero ad rectum angulum figuretur. Tum duplicatæ habenæ ſeu latæ faſciæ medium ad brachium detur juxta cubiti junctura, cujus

capita ad axem qui à pedibus est, vinciantur. Datis igitur capitibus laquei ad superiora, duplicatæ habenæ ad inferiora, binisque axibus, uno super caput, altero juxta pedes collocato, vim adhibebimus, vel continendo, & à superiori, vel inferiori parte attrahendo, vel in diversa ducendo; eaque ratione impellemus, quæ reponendo articulo idonea sit; ubi in interiorem vel exteriorem partem convertatur, adducemus, ubi in posteriorem, extrahemus. Quod si in priorem partem articulus elabatur, in quo casu curvari extensum brachium nequit, homo supinus jaceat in vitiatam partem inclinatus: brachio super scamnum extenso Carchesius laqueus humero injiciatur, cujus capita super caput procedant: extremo item brachio in vicinia manus alius detur laqueus, qui æqualiter extendat, cujus capita deorsum attrahantur. Item eadem vis adhibeatur, nempe retinaculis, & intensione à parte inferiori. Equidem satius duco in diversa contendere; nam hoc ad articulum reponendum efficacius est, quàm si simpliciter ab inferiori parte solummodo extendamus. Oportet autem, quum abunde extenderimus, ad commodè impellendum transire, premendo nimirum, & circunducendo; premendo quidem, intensione adhuc manente; circunducendo, postquam remissa fuerit. Condito articulo, ut ejus restituti certa indicia habeantur, experiri oportet naturales brachii actiones, flexum inquam & porrectionem, præterea situm in pronum habitum, ac supinum, quoniam, ubi hujusmodi actiones liberè sint, perfectè restituti articuli fidem faciunt. Possumus, & conferentes cum altero cubito, num ex toto luxatum restituerimus colligere. Quo perfectè restituto brachium commodè ad rectum angulum curvetur, contineaturque in sequentem curationem. Duo igitur brachii ossa, ubi suo loco mota sunt, his modis revertuntur. Sed potest seorsum utrunque etiam offendi, quum cubitus erumpat, radius diducatur, quod nunc quoque explicabo. Læditur per se cubitus radio inviolato; dehiscit seorsum radius, cubito in sua sede manente: utrunlibet horum ossium lædatur, ubi per hoc organum restituitur, humerus injecto laqueo ad ligna quæ axem super caput continent, alligatur, extremoque brachio rursus laqueus circundatur, qui inæqualiter extendat, sicut Attollens, aut Nauticus, cujus capita deorsum demissa intendendi causa ad axis clavos vinciuntur. In circundando laqueo qui inæqualiter extendit, id observatur, ut sinus super eam partem quæ reponitur, capita super contrariam collocentur; siquidem laquei inæqualiter extendentes propriè illas partes magis cogunt quibus eorum capita insident, minùs verò contrarias. Ergo quum brachium duobus ossibus contineantur, ubi alterum suo loco motum reponitur, cogere id potissimum expedit; & alterum, si fieri potest, non urgere. Intensione abunde adhibita, illi conveniunt impellendi modi, quos luxati genus postulat; siquidem cubitus in interiorem partem venerit, utriusque manus digiti inter se juncti ab exteriori parte radii eminentiam cubiti complectuntur, prominentioresque palmarum partes à latere dantur, ut his impellentibus quasi adducendo os in suam sedem collocetur. At si cubitus ad posteriora radii proruperit, brachio aliquantisper curvato, eodem momento quo ab inferiori parte extendimus, prominentiori palmæ parte premete debemus, ut os in suam sedem reponatur. Hæc enim premendi ratio ad restituendum propriè aptatur. At ubi radius in priorem partem recedat, extenso brachio perinde agere convenit, quasi utrunque in eandem partem excesserit. Adhibenda itaque vis est & continendo, & ab inferiori parte extendendo, quo abunde facto duplex impulsus accommodatur, & qui premit, & qui circunducit; qui premit intensione manente; hac remissa, qui circunducit, ut ostensum jam est. Commune est utriusque, ubi restituta fuerint spectare, an brachium suo munere, sine impedimento fungatur, curvetur nimirum, & extendatur, & supinum pronumque figuretur, quæ actiones, si liberæ sint, ex toto restitutum esse testantur; quo facto brachium, in sequentem curationem ad rectum angulum collocetur.

CAPUT XXXIV.

De Manu.

MAnus in quatuor partes prolabitur, in interiorem, exteriorem, priorem, & posteriorem. Oportet, si in interiorem partem veniat, supinam collocare, super scamnum homine similiter resupinato, pronam; si in reliquas tres partes elabatur; deinde Carchesium laqueum, vel alium æqualiter extendentem brachio injicere, & super sinum manûs dare vectem transversum, vel ferramentum, quo adurimus, ad palmam ipsam deligare eo vinculo, quod, ad extremas partes inscribitur. Tum vectis, vel ferramenti extremitatibus injicere, vel medias habenas duplicatas, vel laqueorum inæqualiter extendentium sinus, deorsumque demittere; atque alterum laqueum æqualiter extendentem brachio circunponere, ejusque capita super caput adducta, ut retinacula sint, devincire. Quæ verò deorsum ferebantur capita extendendi causa ad axem, qui à pedibus est, religare ut ejus conversione & contineamus, & ab inferiori parte extendamus. Quam rem ubi satis præstitimus, convenienter impellimus. Nunc autem maximè ad manum restituendam pertinet adhibito retinaculo ab inferiori parte extendere. Licebit præterea, & sursum adducere, & in diversa contendere. Nervis abunde diductis impulsus necessarii sunt qui eam compellere in suum locum possint. Quod si in interiorem vel exteriorem partem exciderit, prominentiori parte palmæ, aut etiam calce superdato pressa ossa coguntur, deinceps manus juxta digitos huc atque illuc agitur; sin in priorem, vel posteriorem partem eruperit, utiliter adducendo impellimus.

CAPUT XXXV.

A

A Laqueus æqualiter extendens &c.

De Spina luxata.

HIppocratis organum luxatis omnibus restituendis accommodatur, sed præcipuè spinæ, quæ ubi gibba facta est, tunc maximè curari posse censetur, quum recens ex ictu vitium est. Collocatur igitur homo pronus super scamnum, ut laquei capita è regione ad axem ferantur; cir-

cundantur ſpinæ laquei duo æqualiter extendentes, unus ſupra gibbum locum, alter infra, aut quaterni ex iis, qui inæqualiter extenduntur, bini à ſuperiori parte, totidem ab inferiori, inter ſe adverſi ſuperinjiciuntur, ut in opere de luxatis explicavimus. Vis nervis adhibetur potiſſimum in diverſa deducendo, interdum tamen continendo, & vel ab inferiori, vel à ſuperiori parte extendendo. Intenſione abunde adhibita, ille impulſus, quo premimus, accommodatur. Hippocrates varios tradidit impellendi modos, & per prominentiorem palmæ partem, & per ſpatham premendo idoneam. Impulſus per hujuſmodi ſpatham illis reſtituendi modis annumeratur, qui facile comparantur. Extremitas enim ſpathæ in foſſam aliquam demittitur, vel in lignum excavatum. Nos ut ſpathæ obex opponeretur, Hippocratis ſcamno Π ferreum adjecimus, quod & extrahi & infigi poſſet, & ſpathæ reſponderet, pertuſumque pluribus foraminibus eſſet, & in foramina crurum organi demitteretur, ut Π pro gibbi magnitudine accommodaretur, ſpathaque extrema in Π conjecta, ejus partem premendo accommodatam ſuper gibbum dantes premendo impulimus. Alii duplicatæ habenæ medium organo ſubjicientes eandem ſpatham ſuper locum injectam premunt. Premendi modum in opere de articulis exquiſitius indicavimus.

A

B

C

CAPUT XXXVI.

De Femore.

FEmur in quatuor partes promovetur, in interiorem, exteriorem, priorem, & poſteriorem. Si in tres partes prolapſum eſt, interiorem, exteriorem & priorem, crus extenſum eſt, implicarique non poteſt; ſi in poſteriorem, curvum eſt, neque extenditur. Ergo ſi in illas tres partes erumpat, in quas ubi venit, crus extenſum eſt, reſupinato homine medium duplicatæ habenæ lana involutum inter anum, & naturale demittendum eſt, capitaque ejus ſuper caput adducenda. Ubi in alias partes venerit, nullo interpoſito diſcrimine inter anum, & naturale dari habena debet; ſed ea animadverſione, ſi in interiorem partem exciderit, ut ad integrum femur magis ſpectet, ne femoris caput, quum extenditur, habena media detineatur; cujus capita vel ad axem alligentur, ubi in diverſa contendimus, vel ad ligna quibus axis qui à capite eſt continetur, ubi & retinemus, & ab inferiori parte extendimus. Extremo autem femori prope genu Carcheſius laqueus injiciatur, ejuſque capita deorſum demiſſa ad axis clavum vinciantur, ut eo converſo & contineamus, & ab inferiori parte adducamus. Nervis quantum res exigit intentis, ad impulſum veniendum eſt.

D

E

F

CAPUT XXXVII.

A

A Poſtes Π literam &c.

De Femore in interiorem partem prolapſo.

PRopriè autem ad femur in interiorem partem prolapſum excogitata ſunt ligna ad ſimilitudinem Π à lignis, quibus axis continetur, non abhorrentia. Ubi ergo femur in interiorem partem erumpens reſtituitur, æger in integrum latus verſus jaceat, evulſoque priapiſco integrum crus propoſito ligno ſubjiciatur, alligeturque ad ſcamnum, ita ut immobile perſeveret, eademque ratione & brachia, & reliquum corpus. Crus autem vitiatum detur ſuper tranſverſarium lignorum, quæ Π literam repræſentant, ita ut tranſverſarium inter anum & naturale collocetur: Sed extremo femori juxta genu injiciatur laqueus vel Carcheſius, vel alius qui æqualiter extendat, ejuſque capita ad inferiorem axem demittantur: Super ipſum verò lignum Π literam repræſentans ſub crure quod reſtituitur, detur ſpatha quæ premendo aptatur, vel lignum habens in ſummo capitulum rotundum, ac leniter cavum ab interiori parte à ſummo crure ad imum pertinens. Quo facto ubi reſtituere volumus, axis convertitur, cujus converſio ab inferiori parte extendit. Poſtquam nervi abunde extenſi fuerint, ſpatha vel eo ligno quod in ſummo capitulum habet, ſuper id lignum, quod Π literam refert, cum crure magna vi deorſum adducto, impulſus extrahendo adhibetur; poſt quem alius idoneus eſt, qui ſurſum verſus compellit, quemadmodum diximus de humero in alam prolapſo.

CAPUT XXXVIII.

De Femore in poſteriorem partem prolapſo.

VErùm ſi femur in poſteriorem partem elabatur, neque pronum, neque ſupinum hominem collocamus, ſed ſedentem, magis autem in integram coxam inclinatum. Homine ita figurato duas prehendere habenas oportet, earumque unam ſimplicem extendere, atque alteram duplicem demittere in mediam ſimplicem, & ſimplici quidem hominem cingere, duplicem à ſuperiori parte deorſum demittere, ab ea regione quæ umbilico proximè ſubjicitur, ad eam quæ inter anum & naturale eſt, & per anum ſurſum adducere, ut quatuor habenæ capita à poſteriori parte ad retinendum vinciantur. Retinaculis datis lata pars ſpathæ, quæ premendo accommodatur, coxæ ſupponatur, imoque femori juxta genu laqueus injiciatur, qui æqualiter extendat, cujus capita ad inferiorem axem demittantur, ut eo converſo & contineamus, & ab inferiori parte intendamus. Intenſione ſatis adhibita dum adhuc intendimus, caput femoris per ſpatham in exteriora propellatur, apertaque manu æger reſupinetur, per hanc enim vim femur in ſuum locum compelletur. Repoſiti autem indicium erit comparatio cum altero crure, & liberæ ipſius actiones; nam ſi citra impedimentum complicari & extendi poteſt, ex toto intus eſſe conjiciendum eſt.

CAPUT XXXIX.

De Genu.

GEnu in tres partes prolabitur interiorem, exteriorem, & poſteriorem. In omnibus his caſibus, crus extenſum eſt, & minimè complicatur. Oportet ſi in interiorem vel exteriorem partem

procíderit, hominem extenſo crure ſuper ſcamnum reſupinare; ſin in poſteriorem, pronum collocare; tum duos laqueos æqualiter extendentes cruri injicere, alterum à ſuperiori parte ſuper femur, alterum infra genu; dein capita ſuperioris ſuper caput adducere, inferioris ad axem nervoſque intendere, quemadmodum in reliquis articulis dictum eſt, ſive retinaculis uſi ab inferiori, vel ſuperiori parte intendamus, ſive in diverſa diducamus. Nervis abunde diductis, ſi in latus ab inferiori, vel exteriori parte morum fuerit, ille impellendi modus convenit, qui adducit: ſi in poſteriorem, & ille qui premit, & ille qui circunducit. Qui impellendi modi, quum ſimiles illis ſint qui ad cubitum traduntur, commodè in hunc locum transferuntur.

A poſteriorem convertitur, in quas partes ubi venerit, æquè reſupinare hominem convenit crure extenſo: ac deinde cruri Carcheſium laqueum æqualiter extendentem circunponere, ejuſque capita à poſteriori parte ad axem qui ſupra caput eſt adducere; talo autem draconem, vel ſandalium laqueum injicere, ejuſque capita ad inferiorem axem alligare, tuncque membrum, vel in diverſa diducere, vel continere, & ab inferiori parte extendere: Nervis, quantum res poſtulat, diductis convenienter impellere, ubi in interiorem; vel exteriorem partem eruperit, retrò cogendo; ùbi in poſteriorem, extrahendo; nunc ſiquidem ob eum habitum impulſus extrahendo aptatur. De modis autem impellendi diligentius in Opere de luxatis tractabimus.

CAPUT XL.

A

A Carcheſius Laqueus &c.

De Talo.

TAlus modo in interiorem, modo in exteriorem partem procidit, interdum quoque in

FINIS LIBRI ORIBASII de Machinamentis.